

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Ioannis Revchlin ... De Arte Cabalistica Libri Tres Leoni X.
Dicati**

Reuchlin, Johannes

Hagenau, 1517

Liber secvndvs

[urn:nbn:de:bsz:31-271787](#)

DE ARTE CABALISTICA
IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS
Legum Doctoris, Liber Secundus.

A BEVNTIBVS INDE V TRISQVE PHILO
lao iuniore Marranoq; domum, uarius inter eūdum erat sermo, &
non ineptus, quippe doctis supra modum philosophis de hoc ipso He-
bræo, cuius cum summa doctrina singularem etiam commendabāt erga
peregrinos humanitatem, & in oībus atq; prō oībus morum dignitatem.
Placuerunt cuncta eius hoīs, p̄ter unum istud Sabbathum futuro, ut iudi-
carunt, tædio plenum, quo a tanti magistri gratissimo colloquio diuelle-
rētur, & in diem reiicerent usq; adeo tertium, non absq; tpiis molesto dis-
pendio, cum quid acturi essent luce crastina, ignorarent. Tum ambulādo
ita ruminati acceptæ succum doctrinæ, breues dictorum epilogos mutuo
percensebant. Ardentibus autē illis discendi ferore uenit in mentem &
rediit subito in memoriam admirabilis uiri Iudæi oratio, disputandi acri-
monia, institutio grauis & erudita quæ sine satietate delectet, non fucata,
non colorata, sed quæ ubi maxime careat florib; ibi plurimum pariat fru-
ctus. Cunq; se iam ab itinere in diuersorium corripuiſſent, mox in ipso cō-
fessu anteq; respirassent coepit ita MARRANVS. Omnia ſapien-
tum q̄s equidem à teneris audiuerim annis haud ſcio an ullus fuerit unq;
qui argutior in dicendo & sublimior in ſentiendo uifus mihi ſit hoc uno
Simone, quem uel reminiſcens iam memoria teneā, ita ſermone ſuo tāetsi
plano, ſimplici non affectato, nō domi quæſito, minimeq; Demosthenis
oleū olente, ſed magis extēporali & q̄tidiano meū animum ad ardua con-
templanda excitauit, ut nihil conceperim gratius. Diiboni, homo Iudæus
ex Iudæis ortus, alitus, educatus, & edoctus, q̄ natio ubiq; gentium barba-
ra ſuperstitiosa uilis abiecta, & a ſplendore oīum bonarum artium aliena
eſt habita, perpetuā crede mihi hanc noctem proclui defyderio meo uiri
huius uidiffem uultus, audiffem uerba loquentis, ſi non miserum hoc ue-
ſperi Sabbathum interueniſſet. Tum Philolaus. Ne græci quidem om̄es
inquit quibus oīm confenuit multarum artium disciplina, ingeni-
orum acumen, dicendi copia, tam ascendere potuiffent in alta rerum arca-
narum fastigia, niſi forte unus Pythagoras ille meus, philosophiæ pater,
tamen qui non a græcis eam doctrinæ p̄ſtantiam quin potius ab illis ip̄is
Iudæis receperit, Itaq; receptor optimo iure ipſe q̄q; id eſt Cabalista no-
minādus erat, q̄uis ut poſt diuturnam peregrinationem ē longinq; aliqd
admiratione dignum referret in patriam, qđ facilius uulgo crederet, ipſe
nomen illud Cabalæ ſuis incognitum primus in nomen philosophiæ gre-
cum mutauerit. Quod eo argumento recte coniicimus, q̄a nullam diſcipu-
lis ſuis reliquias aliqua ratione perquirendi facultatem, quin id primum ſui
dogmatis

LIBER SECUNDVS XXIII.

dogmatis principium esse uoluit, ut querentibus causam responderent
αὐτὸς ἐφα. i. Ipse dixit, more Cabalistarum q̄ ferme haud aliter rerū cognoscendarum rationes citant q̄ q̄ aiunt **אמרו חכמים** *i. Dixerunt sapiētes. Sic noster ille αὐτὸς ἐφα. i. Ipse dixit. Ipse autem idem est Pythagoras qui hoc modo philosophiae nomen indidisse perhibetur, qm̄ summi Hebræorum autores Hachamim & Gr̄corum ante se olim Sophi cognōia rentur, ita ueterem disciplinam noui conatus est noīs ornamēto uestire. Non autem eo tibi debent minori p̄conio digna uideri quae Simon Iudaeus protulit q̄ sint ab ignobili hebræo gentis doctore tanq̄ ex barbaris autoribus desumpta, & ab homine barbaro allata, qn̄ idem omnium maxim⁹ noster Pythagoras simul cum barbaro qdānois Zora scientiarum prima studia iniit, adeoq̄ id extra Gr̄ciam, quo tpe apud ægyptios secum philosophati sunt, qui tum dicebātur prophetæ, & Assyriorum Chaldei & Gallorum Druidæ, & ex Bac̄ris Samanæi, & Celtarum non pauci, & apud Persas Magi, & apud Indos Gymnosophistæ, & ille Anacharsis apud Scythes, & in Thracia Zamolxis ante ipsius Pythagoræ seruus, qd om̄e Alexāder ille cognomēto polyhistor in libro *περὶ πολιτειῶν συμβολῶν* i. de Pythagoricis notis scriptum reliqt, & apud Indos deniq̄ Iudei q̄s appellari Brachmanas, ut Aristobulus peripateticus meminit. Sane licet uera dicere, non est certe usq̄ repertus Pythagoras quicq̄ rerum aut diuinaturum aut humanarum uel a gr̄cis didicisse uel a Romanis. Sed ut Antiphon edidit in libro *πρὸ τὸν τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτότονον τῶν* i. de uita eorum qui uirtute p̄stiterunt. Accessit discēdi gratia Pythagoras ad ægyptios & Arabas, & ad Chaldaeos postq̄ è Syria q̄ & est & noīatur Iudea Pherecidē sibi magistrum & p̄ceptorem nactus fuisset. Vnde Sirius uulgo ipse q̄q̄ tum appellabatur, quem alii Tyrium dixerunt, alii Tyrenum *τύριον βαρβαρὸν* *ἄλλον χ' ἔλληνα γέγονεν τοῦτον ὁμολογεῖν διὰ πρῶτην φιλοσοφίαν* i. ut barbarum & non gr̄cum fuisse p̄dicarent hunc oīum philosophorum primum. Hæc Marrane cōuiua mihi doctissime penes Eusebium Pamphili scripta legisti certo scio, in uolumine, si rite recordor, de p̄paratione euangelica undecimo, qui & hoc addidit. *μάνον δὲ τὴν σεφῶν ἑκάτην τέχει οὐδὲ, πνεύμασιν καὶ ἀποκεκριμένων* i. Tm̄ q̄ sapientibus gr̄cis habuit nihil, penuria sapientiae ac indigentia cohabitantiū. De q̄bus, ut est in Timaeo Platonis, barbarus qndam ægyptius, isq̄ ualde senex, uere admodum uifus est Soloni dixisse. O Solon Solon gr̄ci semper pueri estis, nullam habentes antiquam opinionem nullam disciplinā tpe canam. Nec illud non erit maxime laudandum in Pythagora p̄stanti sapientia & nobilitate uiro, q̄ in alieno & longinquo solo, quæ a barbaris hoīibus labore ingenti algi & sudore multa commētatione atq̄ meditatione, nō paucis etiam annis corravit, ea non dicam meliora sed tamen splendidiora in patriam ac usq̄ adeo in Italiam quæ tunc magna Gr̄cia dicebatur, ceu humeris ipse suis repor-*

B

C

DE ARTE CABALISTICA

tauit cum incredibili cunctorum de se atq; suis sectatoribus admiratione,
ita ut oīs qui sapiētia & doctrina excelleret Pythagorae auditor fuisse cre-
deretur. Vnde philosophia Italica potissimum ab illo nomē accepit. Asti-
pulatur huiclaudi Numenius Pythagoricus in primo uolumine de bono
cum ait, q; Plato atq; Pythagoras quæcūq; Brachmanes Magi, ægyptii,
Iudeic; inuenerunt, ea græce ipsi exposuerunt. Quo uehementissime su-
spicamus uerum esse qd afferunt uiri doctissimi, & uariarum linguarum
periti, Iudæorum quæc; tam recepta q; inuenta exponi alienis furtis hinc
græcorum inde latinorū, nihilq; nostrum esse in philosophia qd non an-
te Iudæorum fuerit, q; tumuis hoc seculo adimāt eis merita gloria, & nūc
uniuersa eorum contemnāt, qm præsens ætas oīm studiorum explicatio-
nem magis illustrem perpolitamq; desyderat. Tum uera optime Philolae
refers inquit Marranus quo magis assentiar Euripidis Hecubæ. λόγος οὐκ
εκτ' ἀδεξούσιον ιών καὶ τῶν θεούσιων αὐτὸς οὐ παντὸν θέτει. i. Sermo nanq; ex in-
gloriis progredivs atq; gloriosis, idem non idem ualeat. Nam si Aristote-
les alijs aut Theophrastus quispiam ea protulisset que nos Simon hodie
docuit, nihil oīm sententia esset dignius auditu, nihil grauius, nihil memo-
rabilius, addidisset tñmodo dicendi genus magis æquabile & aliquē elo-
quentiæ fucum. Nunc qm Iudæus est q; suo more agrestius paulo & pssi-
us rem omnem tractauit, haud dubium quin sordida sint futura in au-
ribus illorum nostro æuo sophistarum ut ipsi sibi uidentur plane p subtiliū
si qui audiant aut sint audituri uel potius uniuersis nūc aut praeue aut stuk-
te philosophantibus appareant implicata obstrepera hiulca, iejuna, horri-
da, rusticam asperitatē & peregrinam insolentiam sonantia, tametsi etiam
ut mos eorū fert prius non q; tum oportet examinata qdem, quasi aurū, nō
sit aurum qd in luto quærimus. Post uero q; ab hoc iam hoīe in diuerso-
rium ecce nostrum recta uia nullo monstrante rediuimus qn coena forte
nobis pstinata nondum est, consulo ut quisq; sua recitemus inter nos, pre-
fertim digniora q; audiuiimus, & figamus memorie ne labant dum recens
oia tenemus. Et Philolaus q; prudenter ait illa p̄cogitasti Marrane, sic em
ad audiēdum paratiōres uirum accedemus perendie post hoc Sabbathi
monstrum cultaq; Iudeo, ut ait Ouidius, septima sacra uiro. Interea tu sel-
lam haric arripias, ego alteram, & cōsidentes dicamus celeriter de oībus
doriec apparent quæ ad coenam congruant. Ceterum ne detur frustra cō-
tentio locus cum soli simus, id em aliud nihil esset q; tempus perdere, tu
prior quicquid in buccam uenerit uel p̄teritorum aut p̄sentium recordan-
di uel commentandi gratia q;cunq; accidat modo, eloquere. Sic igit̄ Mar-
ranus exorsa texuit. Et quanq; negocium omne, inquit, circa qd postmeri-
diano hoc tpe conuersati sumus mihi singula examuissim perpendenti ui-
deatur esse altius q; ut id nos humili strati suspicere possimus, tñ sepe nume-
ro quæ hoībus prima specie apparent ardua & impossibilia tandem con-

tinuis & indefessis exercitationibus duroq; labore fiunt & plana & faciliā iuxta Maronis illud. Labor omnia uincit. Iccirco libenter in medium cont feram quae ab isto me audiuisse meminero, addamq; illis qd ipse sentiant Hebreus sane p̄ceptor nōster de Cabala nobis potentibus tractaturus cō modum ostendebat, eo noīe qd sit intelligendum. Nam Cabala receptio nem designat, simul & hoc attulit q; ea nostris animis esset insita semp ad summa conditionē naturali tendentibus, quapropter eius desiderium nobis constaret ingenerari, & q; summæ res ac diuine sublimiores haberet atq; digniores q; ratione humana comp̄hendi ac discerni queat. Id aut triuiale idoneis peripateticis est dogma, ut em principio meos Arabas cū qbus mihi extat solita familiaritas citare liceat, Alpharabius in libro quē de scientiis p̄scripsit, hac uititur sententia, qd res diuinæ ac pia fide credibiles, sunt altioris ordinis, cum sint assumptæ ab inspiratione diuina, qm in eis sunt secreta diuina, a qrum comprehensione debilitant ratiōes humang, neq; consequunt ea, hæc Arabs ille, quod & Simon nōster affirmauit, q; eos ordines appellat regiones, & in animæ nostræ tertiam regionem cō stituit res incorporeas ac substantias ab omni materiæ pensione liberas et immunes, non q; Antisthenes cogitauit phantastica illa & logica uniuersalia, Sed ipsas inq; reales formas, species, ideas, essentias, q; sunt res altissimæ circa quas uersant Cabalistæ, ut audio, contemplationibus suis prope in narrabilibus, & ea singula q; nos sentire aut scire arbitramur, huc conserunt, ac demum uniuersa in unū qd est ipsum bonum atq; primum p media reducunt tanq; ad nostræ mētis saluberrimum finem. Quod Aristo teles i xiiii. libro eorū q; post naturalia scripsit, id qd est αὐτοκέντησθεία. Sibi sufficiens & salus esse dixit, & Simon hebraice יְהוָה noīauit, E Sicut & regius Psaltes ait. Dñi est salus, & sup hanc generis humani salutem, oīm Simon Cabalistarum fundamenta iecit, q; nec sint a ratione inuestiganda, nec per rationem inuestigata, ut qbus nec sensus præbuit hypothesis, nec intellectus disciplinam, summa em sunt, & qrum causa nequeat adæquata reperiri, a qrum cognitione disertissimus sectæ peripateticæ Theophrastus sciētæ abstulit facultatē, sic n. in suis supnaturalib; scripsit. Μέχει μὲν οὐν πνος δωάρος λιάν πίου θερωῖν, ἀρχὰς ἀπὸ τῶν αἰθέρων λαμβάνοντες. οὐν δὲ ἐπ' ἀντὶ τὰ ἔκρα καὶ πρῶτα μεταβούσαι μὲν, οὐκέπι δωάρος. εἴτε δὲ τοι μὴ ἔχει οὐ πίστιν, εἴτε οὐδὲ τὸν ἡμετέραν ἀδένδρον. i. Vsc; ad aliqd qdē possum; p causā speculari, principia à sensibus sumentes, qn autē ad ipsa extrema & prima transierimus, non amplius possumus, siue propterea q; nō habemus causam, seu propter nostram infirmitatem. De supernis em & diuinis qbus nihil est prius, undenam quoq; posset demonstrationis aliqd mediū sumi: Quare Plato ait in Timæo, q; illa explicare plus est q; nostræ uires sufficiant, credi aut iis iubet qui ante dixerunt quanq; nulla demonstrationis necessitate loquant. Hæc ipsa Platonis uerba & ueri sapientis mandata ego

DE ARTE CABALISTICA

tanti existimo, ut ea oraculi mecum loco duxerim habenda. Et si ulla Cabalæ rata & stata fundamenta sunt, haec sunt. Quapropter acerrimum diuinæ cognitionis mera & nuda fide constantis, hostem & insidiatorem arbitror logicum esse syllogismū, qui Theosophistarum ausu atq; usu, deū & angelos mentesq; beatas & simplicissimas ultra mundani seculi uirtutes & omne simul æthernitatis agmen, & quicquid est usq; quā historiarum de rebus supnaturalibus, id totum humanæ mortalitati subiiciat rationis discursu inueniendū, probandum, dirigendū. Perinde atq; illas tam illustres substantias in Tullianum aliqd includere conetur. Hoc nimurum est louē uincire uelle ac salice uiiminea, aut resti nautica ligare. Quod ne Thetis qdem autore Homero p̄mitteret, aut Cetimanus Briareus ille æḡor. Quo magis contentiosos theologistas & nugiuendos sophistas iudicabo cœlum & supcœlestium expugnatores non minus esse q̄ Aloidas geminos immania corpora, ut ait Virgilius, qui manibus magnum rescindere cœlū aggressi. Haud secus atq; Sinaaritas ac Babylonios olim filios Adam hoc est ex humana imbecillitate quā in se non agnouerunt prognatos, turrim al. tissi, mā exēdificantes, cuius culmē pertingeret usq; ad cœlū, primo res. בָּבֶל .i. confusionis autores. Vnde Babel, quam uos Babylonia dicitis, nec alterum alterius lingua intelligentes. Per hos. n. garrulos syllogistas in rebus credendis pietas erga diuinorum uniuersitatem oīs amittit, atq; uincendi studio fraternum odium concitat, uenaticos canes ad seditionem paratiſſimos, summæ contemplationis uenenum orbe toto expellendum. Triumphant hæc si phas est syllogismorū artifia, in natura & humanis inuentionibus atq; figmentis. Sed in sacris oraculis locū sibi ne spe rent illum. Hoc em̄ Parmenides apud Platonem de substantiis separatis Socrati dogma tradidit ita dicens. ἀλλὰ ὁμοίως ίκμές ἐκένων οὐκ ἀρχορθο τῷ παρόμιν ἀρχῇ, οὐδὲ γιτηώσκορθο τούτος οὐδὲν, τῷ ίκμείρᾳ ἐπισκέψῃ. At similiter nos illis non imperamus nostro imperio, neq; cognoscimus diuini quicq; nra scientia. Ei sermoni & peripatetici astipulanti & Aristoteles ipse tum artifex tum organū, ut aiunt, sciendi, cum in resolutiorum posteriorū uolumine primo, immediatorum scientiā esse indemonstrabilē affirmat. Post paulo ingt. Et non solum scientiam, sed & principium scientiæ esse aliqd dicimus q̄ terminos cognoscimus. Principiū scien̄iae Themistius ibi appellat nostram mentem, terminos uero ex q̄bus uidelicet componuntur dignitates maxime subiectum & p̄dicatum. Sed Philoponus q̄ uulgo noīat Ioannes grāmaticus explanauit hæc nō parū sublimi & uerius ita scribēs. ὁ μὴ φιλόσοφος τὸν θεόμυθον δὲ προσκύνειος ἐντὸν οὐτας ἀπέστακε. ἀρχὴν μὲν ἐπισκέψῃς τὸν νοῦν εἴλι φάσι οὐ τὸν ίκμέτορον ἀλλὰ τὸν δεῖον καὶ εἰσέρ ίκμάς. δροις δὲ τὰ νοντὰ ιγθεῖσι. δροις δὲ αὐτὰ καλέσθαι μῆτρα τὸ πέρατα εἰν παντων .i. Philosophus hic quidem enarrationem p̄iacentis dicti sic tradidit. Principium qdc̄m scien̄iae. Mentem accipiens, nō nostram, sed diuinam & supra nos. Terminos autem

autem ipsas intellectuales & diuinias formas. Terminos quippe illas uocari, propterea q̄ fines sint omnium. Cognitio itaque supernaturaliū ceditorum a mente pendet, non a ratione, quae ratiocinando potest errare. Sic enim idem scribit Aristoteles ἐπιστήμη τὸ τεῦθος οὐν δῆλα, καὶ λογούδος. Id est. Suscipit falsum, ut opinio, ita etiam logismus, quod est ratiocinatio. Vnde syllogismus nuncupatur. Idem denique concludit posteriora sic. Scientia, inquit, omnis cum logo, id est cum ratione est. Principiorum, scientia quidem non utique erit. Quoniam autem nihil uerius contingit esse scientia quam mentem, mens utique erit principiorum. Principia uero dicuntur res primæ, & Hesiodus prisciq; omnes Theologi deos fecerunt esse principia, igitur hæc cognitio proprie nominatur diuina. Et ut in postnaturaliū primo ille idē stagirita scripsit, eius est possessio θεοῖς ἀνθρώπων. Id est. Iuste utiq; non humana, q̄ uel solus uel omnium maxime illam deus habeat, & indignus sit homo querere circa eum ullam scientiam. Deus enim solus hunc habet honorem iuxta Simondem. Sed cum nobis nihil magis conducat ad beatitudinē quam summarum & diuinarum rerum cognitio, qua (te rogo) uia Philolae alia homini ad eas pergendum est, si non scientia: quibusue modis comprehendenda tanta summa. Tum PHILOLAVS. Per eccl̄or ipse tu, iter ostendisti planum atque patens. Cum enim quinque sint cognitionum opifices, Ammonio teste, post Aristotelem, qui eorum quatuor tantum in primo de anima libro meminit. Sunt autem νόος. θέλησις. φάντασία. αἴσθησις. Id est. Mens, discursus, opinio, imaginatio, sensus. Mens quidem & sensus non syllogissant, alterum longe superius, alterum multo inferius ratione. Sed nec imaginatio quoque cum sit statio sensus & apparitionum inde migrantium reseruatio. Sensibus autem nequaquam ratiocinantibus, ne putandum quidem est apparentia sensuū ratiocinari posse. Restabunt igitur opinio & discursus, at opinio est ipsius discursus conclusio, quapropter ea ipsa non syllogissat, soli ergo discursui que dianœa non minatur relicta est syllogissandi facultas, hucusq; Ammonii sententia est in cōmētariis quae edidit ad Aristotelis prima resolutiua. Et qm̄ attigi enumeratione comprehensiones & comprehensa breuiter, ne uaget oratio mea longius, opinor diuina esse supra syllogismum, necrōne humana intelligi posse q̄ non ducant originē cognoscendi a sensu, sed ex mera dependent fide, tñ ob amorem reuelantis recepta & hoīm beatitudinē credita. Sunt tñ plurima sane q̄ sic diuining se speculationi s̄æpe immiscent, ut unius familiæ solent qnq; liberti & inquilini comune sibi nomen usurpare, atq; illa crebro (ita em fateor) se a theologica facultate tractari patiuntur, q̄a uel aliqualem ordinē obtinuerunt ad deū, aut per se aut per reductionē, uel alia forte ratione ut creationis, conseruationis, perfectionis, iustificatiōis,

F

DE ARTE CABALISTICA

beatitudinis, salutis, & similiū. De illis ergo nō cogito in p̄sentia q̄ sciā ea naturaliter nobis cognita fieri, q̄rū aut in postnaturalibus afferit ostensio q̄ sint, aut in theologicis, propter qd̄ sint. Permitto nimis rū illis rōnem q̄ pe a sensu qndā ortis & discursui humano deditis, sed q̄rum ueritas a sola pēdet autoritate reuelat̄is, eorū haud arbitrari esse sciētiā, nec in illis dñari syllogismū uelim. Sed id tñ qd̄ oib⁹ erit p̄stātius fides, quā q̄ hēt, is ab Aristotele in prioribus resolutiuis appellat̄ οὐτονομέλης ἐπίγνωσις εἰδώς, i. melius disposit⁹ q̄ si esset sciēs, qd̄ explanauit ita Philoponus, id esse, me lius cognoscere q̄ p̄ demonstrationē. Ad hēc Marran⁹, Assentior tibi Philolae, inq̄, & tecū q̄q̄ illa ip̄a q̄ merē sunt fidei & pure credibilia ueto subiecta esse logicis tēdiculis, q̄ plane magis sunt cōtēplātibus detrimēto q̄lū cro, idq̄ nr̄i pariter asseuerat̄ tā græci q̄ latini. Hieronym⁹ ille Dalmata in psalmū cētesimū quartū scribēs, syllogissandi artē theologicē applicatā cōparat plagis egypti, et sicut, Cyniphes dialecticē artis stimul⁹ intelligit̄ q̄ li cet paruū uideat̄ re ipsa hēre seductiōis aculeū, grauissime tñ fauiciat men tes humanas. Quapropter doctissimus iste uir hāc technā quā & uanitatē sens⁹ & obscuritatē mētis agnoiat̄, oīno ab hebraicis dimouit studiis atq̄ reiecit, cū s̄epe alias tū aptissime ad Damasum de q̄stiōib⁹ sibi p̄positis qñ in secūda iis uerbis utit̄. De hebraicis disputatē, nō decet Aristotelis argu mēta cōqrere. Et in psalmo Cxlvi, de theosophistis ita scribit. Qñ tecū cō perint disputare sic uerba eorū brevia sunt, sic artifici sermone cōclusa, ut euadere tibi difficile sit, cū n. te ligauerint syllogismis suis, & te clauserint, & quasi maceriā syllogismū tibi texuerint ac edificauerit, nō potest corrū ere, nō potes trāslire, teneris īclus⁹, nō est ruina maceriæ neq; trālit⁹. Cūq; ibi tenuerint te quasi qdā giro inclusum, tūc nō eris in angusta via q̄ ducit ad uitā, sed in lata q̄ ducit ad mortē. Λαζαρός τὸν πίστον, οὐτε τὸν ζωὴν ἔχει οὐδὲν τὸν πίστον τὸν αὐθόνων θεοκαλίας λέγει, ούτους ἀφ' εαυτῆς οὐδὲν τὸν πίστον τὸν πίστον τὸν αὐθόνων θεοκαλίας. i. Qm̄ & simplicitatis fides melior est q̄ curiositatis p̄suasiua rō, ut dixit Athanasius in lib. iii, aduersus Arianos, cōfirmat hoc idē in ope cōtra gr̄cos, qd̄ sic īcipit. Λαζαρός τὸν πίστον τὸν αὐθόνων θεοκαλίας λέγει, οὐτε τὸν πίστον τὸν αὐθόνων θεοκαλίας λέγει, ούτους ἀφ' εαυτῆς οὐδὲν τὸν πίστον τὸν αὐθόνων θεοκαλίας. i. Ipsa qdē de cultu diuino & de uniuersorū ueritate cognitio, nō tā instituta ab hoib⁹ doctrina eget q̄ ex se ipsa hēt notoriū suū. Sic Athanasius. Hoc nihil esse uerius quisq; sibi constituat. Quo enim dicendi studio aut q̄ p̄ suadēdi conatu opus erit ei⁹ qd̄ mea spōte parat⁹ sum credere, qd̄q; iā folo erga reuelatē amore meo ac singulari ueneratiōe libēter recepi, ne minime qdē rōnis ui coact⁹ aut īduct⁹, quā saltē tenebricosa in hoc corp⁹ de mersi ac uinctiā obtusitas posset excogitare. Multo uberioris hēc tractat Iustinus ille phūs christian⁹ ī lib. de recta cōfessiōe iābū prīscū istuc citās. οὐδὲν τὸν πίστον τὸν αὐθόνων θεοκαλίας λέγει. i. Nihil n. hoib⁹ diuinorū manifestū, q̄ & Socratis fluxit ab ore. Ferit̄ ita Xenophōtis Socratici ad aēschinē eplā, ubi oib⁹

Int̄ḡt patet diuinās res cognitiōē humāna cōphēdi nō posse, quare sufficit pie ipsos deos ex aīo colere, quales autem sunt, nec inuenire nobis possi-
ble est, nec phas querere, nec enim seruis conductit, nec eis laudabile dixe-
rim si dominorum suorum cōsilia nisi q̄tum ad ministerium suum p̄tinet
scrutari uoluerint. Et ut de Socrate aliorumq; philosophorū sectatorib; scripsit idem in Memorabilibus, ἐθαύμαξε λέ μὴ φαιδρὸν αὐτοῖς θεῖν, δη ταῦτα
σὺ διωτὸν θεῖν αὐθόρως θεῖν. i. Mirabat autē uidelicet Socrates, si non mani-
festum ipsis sit, q̄ ea nō est possibile hoībus inuenire. Talis semp fuit oīm
aētatum & oīm ferme religionū sententia, ut humano intellectu non capi-
antur q̄ prius in hoīs sensu non fuerāt, & q̄ intellectus non capit, ea nec ra-
tio discutit, q̄ autē rō non discutit ea necq; ratiocinationis discursus quam
λένοι uocant iudicabit, qd̄ tum maxime diuinitus reuelatae ueritati con-
gruit, etiam si de earum aliqua imaginarios nobis animi cōceptus forme-
mus, ut quicquid religiose pieq; receperimus id argumentationis uiolen-
tiāe non subdamus uel ullo nobis phantasmatē proposito. Maiores itaq;
imitatus ille Naziāzenus Gregorius, q̄ eminet inter oēs nostrates in om̄i
theologicē facultatis genere, omni uerborum & sententiarum uenustate
simul & grauitate, huic doctrinē haud absimiliter adstipulaſt in libro theo-
logiæ secundo affirmans, τὸ μὴ λαπήσθεντὸν αὐθόρως θεῖον, μὴ λέ διάδον
θεον θεῖ φαντάζεσθαι. i. Non comp̄hēsibile fore humano discursu diuiniū necq;
totum quicqd̄ contingit imaginari. Ne mi tu Marrane Christianorū me
prorsus expertem aut negligentem suspiceris Philolaus respōdit, memini
Athenagoram philosophū Atheniensem ad imperatores M. Aurelium
Antoninum & L. Aur. Commodum pro Christianis legatum sic dixisse.
ἵππι καὶ λιάντων τῶν θεράπων, οἵς περί χορόν, οὐκ αὐθόρωπικοῖ σεντιν, ἀπλὰ δισφάνης
καὶ θεοτόκετοις πεισμανοῖς μὴ ὡσ πρὶ αὐτοῖς έχειν θεῶν θεῶν, i. Atqui & per ipsa
dogmata q̄bus innitimus nō humanis certe sed diuinitus missis & deo do-
ctis, persuadere uos (non sicut de propharis tenentes) possumus. Vbi ali-
ter de propharis persuaderi, aliter de diuinis insinuat. Tametsi aliquā-
multos ex uobis nouerim, qui omnia logicis adinventionibus confundūt
& suscip̄t dec̄p̄ naturalia mathematicis principiis, ac rursus theologica natu-
ralibus statuunt confirmantq;. Sed haud quaq̄ causae diuinæ sunt natura-
libus pares, nec ualent naturalia dirigere diuina, longeq; minus illa q̄ sola
fide constant ulla ratione possunt demonstrare humanitus scibilia, Sicut
nec ea quae sunt pure credita necessario inferunt naturaliter scita, p̄stantis
simus enim ille uester Dionysius Areopagita quem ego aut reliquias aut
imaginem Pythagoreorum (ut arbitror) haud insipiēter existimauerim,
snp theologicis istis cognitionibus in libro suo de diuinis noīb; ita loqtur
οἰλὲ Φδ̄ inquit ἀκριβές ἐμφέρεια τοῖς αὐταῖς καὶ τοῖς αὐτοῖς, ἀλλ᾽ ξδ̄ μὴ τὰ αὐταῖ-
τας τῶν αὐτῶν σεχομένας εἴκονας, αὐτὰς λέ αὐταῖς αὐταῖς θέμεντας. καὶ οὐτε εἴδουται
καὶ τὰ τῶν τῆσδε οἰκεῖας ἀρχῆς λόγοι. i. Necq; em̄ consequens illatio causatis & cau-

F ii

DE ARTE CABALISTICA

sis, sed habent quidem causata illas causarū receptas imagines. Ipse autem causae causatis abstractae sunt, & superne resident iuxta cuiuscq; principat⁹ rationem. Quo captiosius aliquorum ex uestris retiaculū & fallacius dogma est, in rebus sola fide reuelata cōstantibus, syllogismorum proprietate ne dum utendum, uerum etiā pari dignitate credendum esse quicqd ex sacris oraculis per syllogisticum artificiū seq̄tur, ac bona formalis necessaria logicaq; cōsequētia infertur. Nihil enim tam distat c̄p; esse diuinitus reuelatum & humanitus inuentum. Vnde in mera fide pure credibiliū, credere & scire sunt maxime disparata, ubi nunq; conclusio syllogismi fore potest evidentior ex p̄missis, etiam si p̄missis evidētia certa misceātur, tñ semp conclusio, partem sequitnr infirmiorem. Recte igitur uel hoc affirmamus q; in eodem subiecto & respectu eiusdem ueritatis, non potest simul stare habitus fidei acquisitæ & habitus scientiæ per demonstrationem genit. Qui ergo contradicit sacris oraculis, is execrabiliter contradicit fidei. At uero qui alicui conclusioni humano ingenio, subtilibus inuētiunculis, Aristotelicis technis, Eleaticaq; disciplina, cuius autor fuit Zenon τῆς ἑταίρεις φλοσοφίας ἀρχήγος. ut Galenus ait, siue Chrysippi tendiculis aut sophistarum syllogismis ex sacrorum oraculorum reuelatis collectæ atq; illatæ contradicit, is iam non fidei contradicit, sed scientiæ humanæ repugnat, non diuinam illuminationem, sed mortalem industriam abnuens haud execrabiliter, sed erranter forte, aut quandoq; perspicaciter, non aut turpiter. Quonam modo igitur affirmare quis ausit, diuinitus reuelato & humanitus inuento pari dignitate credendum esse, nisi qui totus pascatur syllogismo sicut bos foeno. Sane quæ (amabo te) intercedit dignitatis paritas istius & illius. Fidele illud, at istud scibile. Mens illius sedes est, istius ratio, illud defluit a lumine superno, istud ex sensu ducit originem. In mentis regione aliqua sunt necessaria, quæ in ratione sunt impossibilia. In mente datur coincidere contraria & contradictionia, quæ in ratione lōgissime separantur. Non est igitur omnino uerum, si præmissæ sint de fide conclusionē iccirco fore de fide. Nam execrabilis est propositio hæc, nullum adorandum est creator. Multo etiam execrabilior ista, Omne sculptile est adorandum. In eis nanque ambabus blasphematur fides, attamen & sacra & fidelis non est hęc, inde consequens, nullum sculptile est creator, quam naturali ratione demonstrare possumus, ergo ueritas eius non pendet ab autoritate reuelantis. Sed eius evidētia longe credita fide minor est. Parvi suauis fallimur assentiendo, quia conclusio sit de fide, iccirco aliquā præmissarum necessario esse de fide. Quis enim ignorat Hebræis, Christianis & Agarenis esse summa fide creditum q; sculptile non sit adorandum, ad cuius tamen assertionem inferendam naturalibus utar præmissis, nullum lapidem esse adorandum, sculptile autem uidemus lapidem esse.

Tum Marranus, Commodū mihi Philolae reducīs inquit in memoriam nostrorum q̄rundam elenchos sophisticos, cum dicunt, conclusio est hæretica, ergo aliqua p̄missarum. Qua in causa miror supra q̄z dici potest, q̄ isti aliquos uel hoīes q̄nīq; inueniant, qui eis talia credant. Sed quid ego æthiopem lauare conor, qui nulla ope candescit. Sunt p̄terea q̄ tametsi reuelantur, tñ etiam sequuntur de reuelatis, q̄ si acceptentur a credēte, fides potius erunt q̄ reuelata q̄scientia q̄ illata. Sicut quæ p̄cipit ecclesia mea esse credenda etiam q̄cunq; ingenio composita, præsumuntur potius a spiritu sancto esse reuelata, q̄ humana ratione inuenta, q̄tumuis quadam syllogistica subtilitate inducan. Sic ille ad ecclesiam Alexandrinā scripsit Impator Constantinus de concilio Niceno dicens. ὁ δὲ τοῖς Φιλοσόφοις ὅμοι ψεστὸν ἐπισκόπωσις, οὐδὲν ἔστι τὸ τέρπον ἢ τὸ θεοῦ γνῶμη, μάλιστα δὲ τὸ τὸ ἀγνοούμενον τὸν τηλικούτων αὐθεῶν ταῖς θεονοίας ἐγκέρδουν, τὴν θειάν θεούσιν ἡξεφώποτε. i. Quod enim trecētis simul placuit episcopis, nihil est aliud q̄ deisentētia maxime ubi sanctus spiritus talium tot & tantorū uirorum mentibus incumbens diuinam uoluntatem declarauit. De episcopis loqtur hic, ecclesiā uniuersalē spiritu diuino agitatam rep̄sentantibus, non de q̄rumlibet q̄tū cunq; polyphemorum heteroclitis sine cerebro capitibus. Abeant igitur in officinam suam mistiones syllogismorū de esse, de necessario, & de contingenti, aut si qua sint alia logicæ curiositatis possibilia seu impossibilia. Nulla em̄ est orōnis fideliter creditæ ad necessariā propositionem æqua compatio, cum necessaria possit esse dubitabilis, reuelata uero nihil sit eidem. Ne igitur occupēt eiusmodi mistiones adyta sacrorū, ne molestent hierophatas, qnīmo secedant (si aliqd posse uelint) ad artes sellularias aut naturas cemētarias aut supputatiōes mathematicas, ne trāseant limites, ne attingant τὴν ἀδιάδεκτην καὶ κευφίαν τὴν μυστεῖαν καὶ συμβόλων πεζάσθαι. Recta, inquit Philolaus, incedis amice ad Pythagoræ profecto uiri diuiniore doctrina imbuti obscuras latebras, nullis humani ingenii argutiolis puestigandas, q̄ nobis ambigendi formidinem magis incutiunt q̄ generēt adhærendi firmitatem. Non em̄ poterit diuinorū tantus splendor p̄ tam tenues et aniles sophismatum rimulas tam strictim a nostris noctuiniis oculis cerni. Sed opus erit amplissimis cogitandi & credēdi uiribus, maxieq; (ut ait Terentius) fide & taciturnitate. Quo motus Pythagoras, om̄ibus disciplinis toto orbe haustis primus philosophiæ creditor, nihil prius, ut scripsit Apuleius, discipulos suos docuit q̄ tacere. Nam hoc erat primum contemplatiæ sapientiæ rudimentum, meditari condiscere, loquitari de discere. Perinde atq; tam auguste maiestatis Pythagorica sublimitas multo esset dignior q̄ q̄ pueriliter iactatis gerris loquitando & garriendo comprehendendi posset. Satis uero nobis patet ex iis q̄ e Simone accepimus, etiā Pythagoram sicut cætera Cabalistarū ita hoc q̄q; genus doctrinæ in græciam attulisse, scilicet q̄ de quæstione altissima discipulus interrogaturus

F iii

G

DE ARTE CABALISTICA

raceat. Interrogatus uero solum respondeat auctoritas ephorum. Ipse dixit. Sic Cabalistae respondent **אַמְרוּ חַבְמִים**. i. Dixerunt sapientes. Et Christiani quoque suis dicunt **אַמְרוּ חַבְמִים**. i. Crede. Tum Marranus. Fortasse nos taxas Philolae quibus id & Imperator Iulianus impropereauit dicens, νυμῶν ἡλια
γία καὶ ἀγροκία. καὶ οὐδὲν τελέστη, πίστισσα, τῆς ὑμέτερας ἐστι σοφίας. i. Vestrum ir rationalitas & rusticitas, & nihil ultra ipsum crede, uestrae est sapietiae. Cui conuictio Nazianzenus in prima inuectiuia prudenter occurrit, q̄ pariter hoc Pythagoreis sit primum & maximum disciplinæ fundamentū, tacere, deinde nullam dictis exhibere rōnem nisi auctoritas ephorum, quapropter is inique nos redarguat, quippe εἰς τὰς τεκνικὰς πῦ, αὐτὸς ἐφα, τῷ, πλημμύρης πίστισσα, εἰ
ἀλλας συντάσσεις τε καὶ ἔρματα. i. In idē cedente isto, ipse dixit, & apud nos crede, licet aliis syllabis & uerbis, ita Nazianzenus. Habemus nunc memori ter eorum q̄ præqbusq; ceteris sacra diligentius tractauerunt unanimem discendi morem uidelicet Cabalistarum **אַמְרָן**, Pythagoreorum ephorum, Christianorum **אַמְרָן**. Caeterum quicqd aliorum est diuinum non est.

H Eridem ante multo cogitauit tamen Philolaus ait, ea oīa ex Hebreorum flu xisse Cabala, iam certo certius scio, clare nanq; video, quæcunq; Simon nobis ostenderit philosophiæ Italicæ, hoc est Pythagoricis adamassim quadrare, ut haud ab re iudicauero Cabalistarum & Pythagoristarū inter se cuncta eiusdem esse farinæ. Oīa nanq; studia nostra utriq; reducunt ad humani generis salutem, & omnia entia que subsistunt, aut substantia continuo ad Ideas referunt q̄ uere sunt, & idearum ideam. Vnde utriq; ternos esse mundos assuerant, & tertium infinitum, uel potius non finitum, tribusq; constare oīa. καθάπερ γέρ φασιν οἱ ποθαγόρειοι τὰ πάντα τὰ πάντα τὰ τρία τελείωτα. i. Quemadmodum enim dicunt Pythagorei, omne & omnia tribus terminantur, ut in libris de cœlo scripsit Aristoteles. Nam alia quidem, inquit, sunt corpora & magnitudines, alia uero habitant & obseruant corpora & magnitudines, alia deniq; habitantium & custodū principatus sunt & origines. Quod ita intelligo. Quidam mundus inferior complectit corpora & magnitudines singula cum suis uirtutibus & intelligentiis sphærarum motorib; appropriatis & generabilium corruptibiliūq; curatoribus ac custodibus q̄ obseruare dicunt corpora prouide, ut est cuiq; tributa prouincia q̄s antiquitas qñq; uirtutes, qñq; angelos, tum aliqui & deos, item & daemons, uel pro rerum anxiarum sollicitudine qbus allegant cerebro demonia q̄q; noīauit. De quibus canit Homer. Θεοὶ ὁλύμπια σύμματ' ἔχοντες. i. Dii olympica tecta inhabitantes, scilicet q̄ rebus naturalibus pfecti saepe querula tur bantur affectione ac a summis ad ima relegati laborū suorum causas dicunt πάντοι οἱ πλήμενοι ὁλύμπια σύμματ' ἔχοντες, οἱ αὐτοῖς δὲ, χελεύσται λαγῆς π' ἀκάλοισι τὸ θύντες. i. Multi enim patimur olympica tecta inhabitantes a uiris, graues dolores inter eos uicissim reponentes, ut est in Iliados quinto. Nam olympū intelligunt prisci quintam essentiam siue naturam hoc est cœlum, quare tecta

tecta olympica sunt sphære cœlestes seu coeli dicti a celando sicut tecta a tegendo. Deniq; uirtutes cœlestes & uires elementares ac rerum natura liū proprietates Hesiodus deos ex cœlo & terra dicit genitos in sua theogonia, & Orpheus græcorum primus theologus ad Musæū scribens eos dem appellat dæmonas his uersibus. θύμονας ὄντας καὶ ἱδρίοις καὶ ἐνέργειοις καὶ χθονίους καὶ οὐρανίους καὶ πυριφόρους. i. Dæmones cœlestes & aereos & aquaticos & terrestres & subterraneos & ignisequos seu igni assistentes In operū q̄b ac dierum libro Hesiodus, Dæmones inquit boni sunt terrestres custodes mortalium hominum. Ipse quidem Apollo se suiq; similes dæmonas roganti q̄ndam Theophilo respōdit angelos esse pro incumbēte sibi administrationis officio ut est in oraculis. Sic enim cecinit ut ferme sollet omnia heroicē. οὐνομα μαδὲ λόγῳ χωρούμενον ἐν πυρὶ νεῦσιν, τεῦτο θεὸς μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶσ ἀνελοι ἡμεῖς. i. Nomen ne ratione capiendum in igne habitās, hoc deus, Parua aut̄ dei portio angeli nos. Erigamus si libet ad altiora ingenitū nostrum, q̄ppe ad uniuersi huius globi uitales influxus. Nam mundus superior cōpleteū superos, essentias incorporeas, diuina exemplaria & orbis huius sigilla, q̄rum instar, oīm rerum inferiorum facies sunt factæ, que Pythagoras appellauit ἀδιάναπτης περάπτη θεοὺς. i. Immortales prima deos, uelut principia rerū ex mēte diuina productas ideas ut sint essentiales ἀρχαι, principatus & origines habitatiū corpora, id est specierum, compositas huius mundi res informantū. Quo plane intelligīt alios etiam illic esse immortales secunda deos, prima em̄ secunda referunt, entia incorporea singularia & indiuidua nō materiali numero sed formaliter formaliter inter se differentia, puta spiritus ab om̄i materia liberos, simplices & impermistas, sua pte natura extra cœlum sensibile commorantes, & ut ait Aristoteles, nec tempori nec loco astrictos unde nec senescant nec transmuten̄t, multomagis nulla uariatione nec alteratione, nulla deniq; passione affecti sufficien̄tissimam sibi & optimam ducant uitam, habitentq; aethernitatē, qd nuncupatur æuum, & gr̄ce αἰώνιος, quasi & εἰών. i. Semper ens, qm̄ idem illud seculū semper fuit, est, erit, intemporaliter, in mente diuina, ex energia tñ dei foras c'eatum, & extra cœli nostri conuexa constitutū, pro domicilio splendidissimo spirituū beatorum, q̄s Pythagorei ueros deos existimant in sublimi aetheris uertice locatos cum prorsus obiectu, tum retro partu æuiter nos, scilicet æuo immortali & diuino p̄ditos. Ab ipso aut̄ eodem æuo etiā aliis disp̄satū est & tributum esse & uiuere, his qdem clarius, his uero obscurius ut idem dixit Aristoteles. Quid aut̄ id sit per qd dispenseū & tribuat, ab hoc æuo diuino & immortali rebus aliis, hoc est inferioribus esse ipsum, non fortuitum obiter, aut perfuntorie illapsum, sed cuius libet species consimiliter substatiū, certe primi oīm Pythagorei Socrates & Plato sequentes p̄ceptorem suum, discipulos illius familiæ docuerunt, cū au

F. iiiii

I

DE ARTE CABALISTICA

divisissent Pythagoram semper de diuinis obscure loquentem, dicere soli
tum, q̄ tetractys traderet animæ nostræ fontem perennis naturæ, tunc
plane intellexerunt Tetractyn esse Ideam in mente diuina tradentem, &
fontem esse Ideam exemplarem traditam, & perēnē naturam esse Ideam
rerum essentialiæ receptam. Quare Alcinoo teste dixerunt hoc modo.
Ἵσιν ιδεα ὁσ μὴ πεις θὲον, νόησις αὐτοῦ, ὡς δὲ πέπις τὸν αὐθετὸν κόσμον, πράσινημα. ὡς
δὲ πρὸς αὐτὸν ἔχεται φύσις, οὐσία. i. Est idea quoad deum qdem cognitio sua, q̄
ad sensibilem autē mundum exemplar, quoad se ipsam uero consyderata,
essentia, ceu loquentis uox (uti est apud Areopagitam) una cum sit atq;
eadem, a multis auribus ut una percipitur. Est em uox primo in uociferato
re, secūdo in uocalitate, & tertio in qlibet auditore. Quō aut in mūdo sen
sibili semper sphæra prior in oēs eam sequentes influit, ita in mundo ītel
lectuali non tm singulos choros superiores influere arbitramur in om̄es
choros inferiores, uerum etiā totum mūdum supiorem influere in totum
mūdum inferiorem, ut oīa pro suo captu c̄tum fieri potest momentanea
ad ætherna & infima reducant ad summa. Nihil tñ mere creaturarum ad
tertium mundum reduci potest, nihil enim tantæ sublimitatis suapte natu
ra capax est, nisi deus. at qui tertius in qua mundus ille supersup̄mus om̄es
alios mundos continens solius deitatis est, unaq; diuina constat essentia,
ut plane mihi uidetur recte cognosciata ταντοκρατοειδή. i. oīpotens sedes
locata immo existens super omne æuum & sup omne seculum (est em se
culum seculorum) i. πρέσεως. ταντοκρατοειδή. Φύσιος. ὀντότης καὶ ἐνότης προσοῦται.
.i. Existētiæ, substatiæ, essentiæ, naturæ, entitas & unitas p̄existens. Quod
Pythagoras noster ē appellauit, & Parmenides Pythagoreus ē, utercq;
haud absimili ratiōe ἐπ ταφουσι, εν. καὶ εἰ, εἰ. i. q̄ supessentialiæ unum, &
ens, unum. Sed nemo antiquitatis tam perosus aut tantus contemptor ma
iorum esse optauerit, ut tm & tam sapientē Pythagorā existimet tam anili
amentia correptum fuisse q̄ putaret abaci numeros aut pueriles talos q̄
bus iactarent uultorios quatuor, aut mercatorum calculos ceteraq; id ge
nus esse rerum oīm principia, que non solum rebus non p̄sint, uerū etiam
secundum res accident. Quin potius intelligi uoluit ipsum essentialiter &
simpliciter unum, a quo, & ex quo, & per qd, & in quo, & ad qd oīa sunt,
& ordinant, & permanēnt, & continentur, & implent, & cōuertuntur; idēcq;
esse primum unum & primum ens, qd in secundo postnaturalia testatur
Aristoteles his uerbis. ταλάπων μὴ θῆ καὶ πυθαγόρειοι οὐχ ἔτερόν π τὸ ὅν, οὐδὲ τὸ
εἰν. ἀλλὰ τὸν αὐτὸν τὸν φύσιν εἴν, ὡς οὐσίας τῆς οὐσίας ταυτό, τὸ εἴν εἴν καὶ ὄνται. i. Plato
nancq; & Pythagorei nō aliud aliqd ipsum ens, necq; ipsum unum, sed hoc
corum naturā esse, ceu existentis essentiq; idem unum esse, & ens aliquod.
Sane Xenophanes ille Parmenidis p̄ceptor & idem Pythagore coæuus,
quāq; oīa celare mos illorum fuit, tñ uisus est clarissime nobis explanare
quid ipsum unum esse intellexerūt, de q̄ in rerū principiis uerba fecerint.

Dixit

Dixit aut̄ illud unum, esse deum, quo liquidius Pythagorae arcana nobis patefiunt cum statuit infinitū & unum & numerum esse prima rerū principia. Per infinitum nihil aliud significans q̄ ipsum posse, nihil em̄ q̄s unq̄ ne cogitauerit quidem, prius ipso posse, qd̄ maxime infinitum in deo est, immo ipsum, infinitus deus est, in q̄ non separantur esse & posse, qd̄ oīum producibīum & singulorum q̄rumq; continet essentias virtutes & operationes cum oībus proprietatum & accidentium connexilibus differentiis & unionib; Cæterū Pythagoræ assentit etiā ea in re Anaxagoras ante q̄s uiros nullam græcos oēs dei habuisse cognitionem Eusebius Paphili autor est. Dixit em̄ Anaxagoras, qm̄ erant oīa simul. Et Democritus, erāt inq̄ omnia simul potentia, uidelicet Δωμ̄. i. in ipso posse. Hæc est illa q̄q; mistura siue rerum cōmīstio Empedoclis & Anaximandri, nequaq; tñ in aliq; Hesiodi aut Aristophanis chao nocte & erebo confusa, sed in deitatis pleno lumine discreta, & in ipso infiniti luminis intimo penetrati ordīnata, quāq; si haud inique intelligatur Hesiodus, certe chaos noctem & te nebras nō esse rerum principia, sed ex principiis orta statuit. Id. n. in Theogonia protulit. οξερχησι καὶ τοῦτο παρά τε γένεται αὐτῶν. ἡποι μὲν πρώτης χάος γίνεται Deinde sequit̄ εκ χάος Δέρεσσό τε μέλανε νύξ εγίνεται. i. Ex principio & siqñ aliquid primo factum eorum est, certe primum chaos factū est. De chao aut̄ erebus nigraq; nox nata sunt. Aristophanes uero aliter in auibus scripsit χάος καὶ νύξ ερεβος πε μέλανη πρώτη. i. Chaos erat & nox erebusq; nigrum primo. Sed ita fingit poetice musarum more alludēs suis auibus ut ex ouo posset amorem excubare, ac simul Orphei supparasitā in Argonauticis, non absimiliter sentienti quapropter hoc idem repetendo rursus iterūq; meminerim, oīa & singula in illo ipso posse, non confuse, non in chao, nō in erebo, nec obscura nocte, sed discrete ac ordinate in pleno lumine scilicet in ipsa luminosa & oīm fulgentissimorū radiorum splendidissima claritate ac illustris & illustrantis essentiæ diuinæ intuitu notitia cognitione uersari, quæ optimo iure ab antiquissimis philosophorum Idea nominatur εἰδῶλον, τὸ γνῶσμα cuius qdem posse esse, cum oīa complectatur mentalia, rationalia, intelligibilia, sensibilia, uitalia, substancialia, adhæsibilia, & adhæsiua, non tñ eorum q̄ sunt, uerum etiam quæ non sunt, tum uere illud poterat infinitum appellare Pythagoras, quod & a sapientissimis dictum erat εἰδῶλων. i. Infinite posse, qm̄ & ipsum est infinitum, & una eadēq; infinita & essentiali Idea complectit̄ res infinitas. Nihil em̄ uel fuit, uel est, uel erit in supcœlestibus, coelestibus, terrenis, corporeis aut īcorporeis, in angelis, in hoīibus, in brutis, in plantis, in tota uniuersi natura qd̄ non possit uel ut grammaticē loquamur potis est. Ex hoc om̄ia prodeunt, & hæc est εἴδωλων καὶ τὰ γράμματα μοι ποιός δύναμις. i. Infinite potens & oīpotens potentifica potentia, q̄ nihil aliud est q̄ diuina essentia, intra quam ante oīa

unū producit duo. Hic tenes Marrane totū meum Pythagoram. Duo pri
mus numerus est, unum uero prīcipium numeri. Q, si credis Xenophani
ut ante audisti, unum illud deus est, & cum intra essentiā diuinā productio
duorum manserit (numerus em̄ se ipso constituit, Boetio peripatetico au
tore, iuxtaq; unum solus binari⁹ naturaliter est) tum necessario, duo q̄q;
illa, deus sunt, q̄niam intra deum nihil nisi deus est. Tres igit̄ hæ res princi
pium & primum cum sint, & unam dei essentiā non exeant, tum deus pla
ne unus sunt, non em̄ essentia eō scinditur, q; ex uno duo producta nume
ratur, sicut in rebus q̄q; corporis sepe fit ut unitas mota in duitatem (sit ue
nia comparationi) usq; ad terna progrediat manente rerum substantia ut
stipitis & surculorum, uel æquius ut hois corpus brachium & digitus. Ex
uno itaq; in diuinis producente, duobusq; productis, trinitas oritur, q; b⁹
rebus si addatur essentia ab eis formaliter distincta, erit formalis quater
nitas q; est infinitum, unum, & numerus duorum Omnis numeri substanc
ia, perfectio, & finis. Nam unum duo tria quatuor collectiuo progressu
decem conficiunt, & extra decem nihil est. Quare hoc ipso intellexit Pytha
goras oīm qddam rerum principium esse, qd Tetractyn noīauit. Nam te
tras græce, quaternitas est, & actis, formale solis, siue radius, ex qualifor
malitate licet iam supsubstanciali, meus ipse, unū illustrenomen constituit
quaternitatis, ueluti quatuor inter se formaliter distinctorum. Utq; sacre
a prophano segregaret, optima ratione nomen sanctū p̄ ypsilon scripsit,
cum &kt;is uulgo per iota scribi consueuerit. Adhuc aut & ipse q̄q; Tetrac
tyn ut deum aliquē hoc loco excellenter in genere masculino protulit, q̄
more latini ueteres Cupidinem aut Venerē masculine pronunciarunt, cū
alias instrumētalem quaternitudinis numerum ipsam Tetractyn genere
feminino eloquant. Deum autem se illū ostendere uoluit p̄ quem ipse iu
rauit μὰ τὸ τετράκιον quo nihil haberí debeat ueneratiōe dignius. Nam ut
Aristoteles ait ὅπερς τὸ τμημα τετράκιον οὖν. i. lumen est honorabilissimum.
Ego sane hoc in loco Hierocli non astipulabor qui aurea carmina Pytha
goram ipsum conscripsisse opinor. Atq; pariter optarem propter mirifice
sanctitatis reuerentiā, q; Tetractys romana lingua non quaternarius nec
quaternitas, sed uoce mutata quaternio aut quaternitudo noīaretur, qua
le apud uos christianos obseruatis, sacrum a prophani uulgi usu secernen
tes, cum em̄ a ter ternus & ternitas populariter legi debeat uos sacrofan
ctam hypostasin alterato uocabulo trinitatem appellatis, quasi triū unita
tem, scilicet n. literam ab ipso uno propter unitam singulorū naturam mu
tuantes. Sed ut receptui canam, oīum rerum, inq; una quedam summa res
est Tetractys, Pythagoricum principium. Tum Marranus, bellissimū re
cordor ab hoc exemplo Philolae illud quatuor literarum charagma, in
quo uniuersa generis humani salus p̄stos sit. Quod nobis Simon tanta scri
pturarum

pturarum ubertate cōfirmauit, ubi profecto mihi Iudæorum Tetragram
maton ac potius ipsas quatuor literas ex qbus nomen Saluatoris compo
natur non male uisus est Pythagoras in Tetractyn græcum symbolū cō
mutasse. Mox tum. Ego uero, inq̄t Philolaus, illo Tetragrammato & illa
salute ad quam totum pene genus humanū reduxit Simon plane nondū
satiatus discessi, quare cum ad eum rediero de istis rebus si uolet amplio
ra quæram, præsertim de illo hoīe q̄ salutem singulis quibusq; nobis al
latus sit tanq; uniuersorum rex unctus, ideoq; Messiha dictus. At uide
modo uelim num sit Esculapius denuo uel p transanimaitionē, ut aiunt, in
hunc mundū uenturus, de q̄ Julian⁹ Imp. in lib. ii. cōtra Galil̄eos ita scribit. K

ι δῆς έν μὴ τοῖς νοκτῖς δέξαται τὸν ἀσκληπίὸν ἐγένετον, εἰσ ἢ τὸν γῆν σχέτλη τῆς
ἀλλόδρυιμου λωῆς δέξεφθεν. σπέρι μὲν γῆς δέρανδ ποικιλόμορφος πρόσοδον, ἐνοψίασ μὲν ἐν αὐ
θεντικῷ μορφῇ περὶ τὸν ἐπιλαύρον ἐφάνη. τὰ λιθωμάτων δὲ ἐντεῦθεν πεῖσ πρόσοδοις μὲν
πάλαιν ὥρεξ τὸν γῆν τὸν σωτήριον ἔστειλαν ὅπας πανορθώτων τὰς τυχὰς τὰλη
μελαδεσ στακχιδίας καὶ τὰ σώματα ἀθενάδες ἔχοντα, i. Jupiter em in suis intelligi
bilis ex se ipso Esculapium genuit, & in terram p solis genitalis uitam
destinavit, hic in terra ex cœlo faciens progressum uniformiter qdem in
hoīs specie circa Epidaurū apparuit, auctus itaq; illic successibus sup uni
uersam porrexit terram, salutarē eius dexteram, ut restauraret aīas male
dispositas & corpora inualide habentia. Qui si compositū ex illis quatuor li
teris quis etiam alio legendi charætere addito nomen habuisset, prorsus
Saluator ipse putandus esset. Aut certe q̄tusquantus ille fuerat Hercules
Alcmenæ filius a Ioue prognatus diuinum semen quem Thassii Saluato
rem noīarunt, & monetæ publicæ inscripserūt sic ἱρακλέους σωτῆρος θεωρίων
i. Herculis saluatoris Thassiorum. Eiuscmodi nummum argenteū prisce
p cuſſum ego nup, ut soleo, erga res antiquissimas incredibili uoluptate his
meis digitis uerti legens & reuerti. Quo non ab re coniectabam, oīum uo
ce ac consensu Herculem inter deos relatū & saluatorē esse promulgatū.
Præter eos fuisse alioquin aliq; multos qui mortalibus opem tulerint salua
tores, haud dubium qdem est, q̄rum ē numero meminimus Ptolemæum
regem ægypti cui nomen Soter. i. Saluator extitit. Romanis q̄q; Curtius
ipse sua morte terram reddidit saluam, & sua capita duo Decii pro patria
seruanda fortiter deuouere, communis salutis mirifici autores. Tum Mar
ranus, Libenter, inquit, te interpellando monerem ut q̄ nobis a Simone
tradita sunt pspicacius animaduerteres & paulo egius intelligeres. Post. n.
q̄ multa de Cabala ille uir oīfariam lecte suę peritus differuissest qd modo
esset, & ad qd utilis, ostendissestq; & q̄ esset recepta reuelatio, & q̄ facile
nobis iter aperiret ad beatitudinis fastigium & summā fœlicitatem, tum
rogatus a nobis quidnam illud esset quod præcipuum diuinitatis reuela
tum fuisse putaret, ad quod generatim omnes diuinorum reuelationes re
ducerentur, aiebat id esse qd dicitur, post ruinam primordialem generis

L

DE ARTE CABALISTICA

humani uniuersalis restauratio q̄ salus noiatur, & quam daturus foret hō iustus & pacificus, vir heros, cuius nomen quatuor contineret in miserationibus literas, ad quem nos ipsos cunctis negotiis secularibus absoluenter libere conari debeamus p̄ oēs gradus idoneos ascendere ac migrare in ipsum, pro sua quisq; virili, q̄q; sint huc oēs actus nostri formandi, huc oīs contemplatio dirigenda, huc tendat oīs sacra ludorum scriptura que nobis quasi scala Iacob fore queat sup terram sita & cacumine tangēs coelos, per eam transcendere nos mundum hunc posse corporeū usq; in alterum mundum angelicū, etiam ad ipsam Messiahē illius Saluatoris aīam, q̄ sit oīum aīarum saluandarum reges & satietas, extremusq; finis, ultra quē progredi nusquā ualeamus, qm̄ terminet summum habitaculū mundi su premi, & comunicet cum mundo suplūpmo, siue dum p̄ grammaticos dicere liceat supmissimo, quin potius incompabili, ad summum, hanc esse oīum hoīum ppetuam salutem cunctorum bonorū aggregatione cōpletam. Que si memineris a Simōe sic esse proposita, quanq; p̄ ambages, mea qdem sententia non dubitabis, nec illos tuos saluatores, nec etiā iudicorū qsdam de qbus uigintiquatuor biblia s̄epe honorificam fecere mentionē in tanta unq; fuisse dignitate constitutos, ut generi humano salutem uniuersalem afferre potuissent, p̄ quam hoīes in omni orbis terrarum spacio q̄tq; essent, sempiterno æuo lāte frui, & cum deo post lapsum redire uale rent in gratiam. Quid enim de tuo Esculapio complures senserint alii, tu uideris, qui asserūt illum meretricio incestu natum ex Coronide uenusta muliercula, de qua canitur. Pulchrior in tota q̄ Larissæa Coronis nō fuit æmonia, & eam s̄epe in templo Apollinis subegerint atq; comp̄sserint sacerdotes, q adulterinis complexibus a se genitum Esculapiū, sinixerunt dei filium esse isto loco culti. Apis aut̄ ægyptius q̄ artē medicinæ primus greciæ intulit tam insignis eo seculo tēplarius, ut etiā mortuus in templis pro deo coleret, singulari erga sacerdotes Apollinis fauore ductus infantem suscepit alendum & instituendū, quem discipulo qndam suo Chironi Cētauro deinde commendauit medico p̄itissimo, ut artem curandi tuendiq; corporis in Esculapium transflunderet. Quo facto, in uirum euasit Esculapi⁹ & fama & opib⁹ magnum. Auaricia uero tum instigatus, & cupiditate honoris diuersas mundi regiones ad pecunias arte medica corradendas p̄grauit. Iamq; diuītiis plurimū abundans, & fama ingenti p̄ditus stulte se deum noiavit, promittens non solum ægrotis sanitatem, uerū etiam mortuis denuo uitam, sup quo Ioui supbiæ sue poenas dedit, nam fulmine icte periit. Sic em Pythagoreus ille Pindarus Pythionicarum tertio sup Esculapio cecinit. χροὶ δ' ἀρα κρονίων πίτας λιόμφοιν, ἀμπνοὰν σέργων καθηλεῖσκειν, οὐδὲ κεραυνὸς ἐνέσκειτε μόρον. Manibus ergo Iupiter proiiciens ambarbus, respirationem p̄cordiorū desumpsit subito. ardēs aut̄ fulmen inflixit mortem

mortem. In hanc sententiam Apollo querulus super Esculapii filii morte
 Euripidi singit. οὐδὲν τοιούτος πάντες θυμὸν ἀποκληπίον σέργονται ἐμβάζων
 φλόγα. Quare nisi plane in diuinis plumbei sumus hoīem tam alienū a di-
 gnitate, saluatorem esse humani generis non putabimus, et ne in uniuerso
 qdem sanatorem, qui opem non alibi, q̄ in Pergamum, & Ioniam, & Ta-
 ranta, & Romam, & Con. et ægas, ac in eas circa regiones contulit. Nimio
 tu uictus amore tuorum Marrane, Philolaus inquit, plus q̄ queritate, om̄is
 hoīes minoris æstimas immo q̄ minimi censes, qui non Galilæi sunt. Per-
 uersus hic mos est mea sententia (sit uenia uerbo) non modo laudem alie-
 nis nō admittere sed & uituperare, nec tibi ut uideo satis fuerit tuiq; simi-
 libus, optimos uiros suo seculo uirtute claros q̄s antigas ob egregia facta
 in deos retulit non esse deos contendere, nisi & se diabolos tartareos fe-
 ceris. Ita Lactantium tuum hoc in loco imitatus, q̄ decimo capite libri pri-
 mi ad Constantinū Imperatorem sic scripsit. Esculapius & ipse nō sine fla-
gicio Apollinis natus, quid fecit aliud diuinis honorib⁹ dignum, nisi q̄ sa-
nauit Hippolytum, mortem sane habuit clariorem q̄ a deo meruit fulmi-
nari, hæc ille. At lingua oīs quæ felle inficitur uero gustu caret, fatetur is
tñ rem esse diuinis honoribus dignam, largiri sanitatem, qd & secum oēs
fatentur ægroti. Sed qd aliud fecerit Esculapius si nesciat Lactantius, So-
cratem sapientissimū interroget, q gallum ei offerendū uouit, ut est in Pla-
tonis Phædone, non ut sibi corpus sanaret, qui iam morti adiudicatus ue-
nenum biberat, sed ut parenti Apollini hoc est primo & incorporeo Soli
aethernæ uitæ dispensatori, animum tranquille morientis cum lætitiae iu-
bilo & pæane redderet. Nam gallus Apollini Phœbo q Sol nominatur sa-
cer est, horarum & diei latus nuncius. Esculapius aut̄ dictus est a ueterib⁹
Iubilatio Apollinis uictoria & triūphus q pæan appellat, eo q pauā cessa-
tionem & quietē post liberationem noīarint. Ea em ætate consueuerunt
inituri pugnam prius Marti, & post pugnā uictores Apollini pæana re-
ferre. Q̄ apte igī Socrates in Esculapio q est pæan solem uitæ datorē ue-
neratus sit iam iāq; moriturus, doctissimorū hoīm recta iudicia uiderint,
dignum sanē ratus & optimo cuiq; officiolum, huius mundi Pythonem ma-
ximo serpente uicto & pedibus calcato, qñ p mortem celeriter ad ueram
uitam iter capeſſit Esculapio qdem offerre id est pæana celebrare. Sic
Orpheus uetusſiſſimus uatum & coetaneus istorū decorū, nam cum Tyn-
daridis & Hercule nauigasse perhibetur, in hymnis cecinit. ιντὴρ πάντων
ἀσκληπίες διανοτα πουλὺ, ἐλθὲ μάκαρ σφῆτὴ βιοτῆς τέλος ἐθλὸν ὁ πέλεων. i. Sana-
tor oīm Esculapie domine Pæan. Veni beate saluator, uitæ finem bonum
præbens. Multos se Julianus Impator nouisse afferit in maximis periculis
Esculapio adiutos, & se ipsum egre laborātem ſcpe medelis eius saluū euā
sifſe fatetur, ad hoc testem citans Iouem. Sed qd hæc ad uniuersum mun

G

DE ARTE CABALISTICA

dum, respōdit Marranus, cuius Messia p̄dicatur Saluator, nec corporū modo sed animorum. Et Philolaus ad id. Tu uero Marrane quid de Hercule? nonne morum formator & oīs ingenuae disciplinæ in cunctis orbis terrarū locis p̄ceptor fuit. Inde illa imago Herculis apud Celtas p̄uetusta qđem & uero similis, ubi senex ipse hoīes innumerabiles singulos cathe-nulis aureis colla reuinctos a lingua pendentibus trahit q̄ uult cunq;. Cel-tæ uernaculo sermone Ogmion noīant. A Luciano fit eius memoria in al-loquio de Hercule Celta, sup q̄ illi dicunt. οὐκέτι τὸν ἵρακλεα λόγον τὰ πόντα
τηλευταῖς θύραις εἰσίθω, στόδον χλεύθεον. i. Nos Herculē uerbo & ratione omnia opinamur effecisse cum sapiēs fuerit. Nam uirtute domare uitia, & igno-rantiam auferre doctrina, nihil aliud est q̄ calcare monstra, & angues neca-re, leonem Nemæū clava percutere, hydrā lernæam interimere, aprum erymanthium occidere, ceruā in Menalio nemore aurea cornua gerentē capere, stymphalidas aues in nube sagittis cōfodere, Antæum intra ulnas strangulare, columnas in Oceano figere, Geryonem tricipitem uincere, boues abigere, taurū perimere, Acheloum Monomachia superare, omit-to & Diomedis equos, & cerberum & aurea hesperidum mala, idq; gen⁹ facinorum cætera quamplurima, totum uirtutis fuit, totum rectæ instituti-onis officium & bene uiuendi exemplum. Tum Marranus, Dicerem, in-quit, aliorum de illo existimationem, nisi tu prius eiusmodi tulisses egre, breuiq; ostenderem fuisse hominem, ut nos sumus, uel paulo indigniore, licet Procti Agenorisque prosapia nobilem. Siquidem ex Agenore Pro-tus erat, Agenoris autem Belus frater, quo natus est ægyptus, quo Lyn-ceus, quo Abas, quo Danae, cuius fuit Perseus, cuius Alcæus, cuius Am-phytrio, cui⁹ ut putabat Hercules, quē tñ reuera louis aiūt id est adulteri cuiusdā fuisse filiū. Nā ex Alcmena Iphidus Amphytroni & Hercules lo-uī uno partu, si famæ credit̄, editi sunt in lucē. Hercules uero incensus igni sacro periit, qm̄ Deianirę uxoris attētatā pudicitia in Nessum Cētauīx ia-culo uindicauit, quā ipse in Iole captiuā puella nō exhibuit, perq; inique su-spicionē adulterii solā ult⁹, q̄ ex adulterio cōcept⁹ adulteriū pariter ipe cō-milit, in ceteros nescio q̄iust⁹, in se ipm̄ certe iustissim⁹. Tu ne talē mūdi sal-uatore fore credas Philolae, q̄lis fuit Hercules aut q̄lis Esculapi⁹ si nō aliā ob rē uel ob id saltē q̄ uterq; turpi nota decesserit, nā ut de ambob⁹ apud Lucianū in ecclesia deorū Momus ait ἐπὶ τὰ σημεῖα ἔχοντας πυρὸς. i.adhuc si gna tenet ignis, q̄ exusti ambo sūt. Curtiū & Decios magnanimitatis lau-dat alij, ego imprudētig accuso. Quid q̄ aliq blāditiis & adulatiōib⁹ ducti, aut ui à tyrannis coacti eū saluatoris nomine ornarunt, qui non modo illos non sanauit, nec seruauit, sed prorsus deuastauit ac perdidit, ut Siculi Verrē publica statua in Syracusis inscriperunt id est qui salutem dedit. Ciceronis testimonio in accusatione quarta Verrinarum. Sed ni-

LIBER SECUNDVS XXXII.

hil ad hunc locum, ubi de uera hominum salute agitur, quam illi non p̄stiterunt, uera nanc̄ salus est, sempiterna permanentia q̄ in deo est, & a deo tribuitur, ut in libro de mundo ad Alexadrum scripsit Aristoteles. Ex deo inquit & per deum nobis oīa consistunt, nullaq̄ natura per se sufficiēs est carens illa quae ex eo est salute. Dein adiungit, τὸ γέ οὐσία, σωτήρ μὲν ἐν τῷ & πάντων διά. i. Ipsa quidē essentia, saluator etementer seu essentialiter universorū est deus. Vnde in libro xiii. post naturalia rursum sicut Aristot. θεωμασὸν λέπει τοῦ πρώτῳ καὶ αἰδίῳ καὶ αὐτοφεύτῳ τοῦτον τὸ πρῶτην οὐχίως αἴτιον τοῦτον τὸ δύναμιν καὶ τὴν τηλεκένσιν καὶ τὴν τηλείαν, i. Mirum si primo & sempiterno & sibi sufficientissimo hoc idem primum non ut bonum inest, ipsum sufficiens & ipsa salus, per qđ monemur, ueram nobis salutem in primo sempiterno & sufficientissimo bono q̄ est deus optimus maximus constare, nec aliunde querendam, Solus em̄ ille summus mūdi opifex & rector de sup eminentis liberalitatis clementissima uoluntate corruptibilibus dare pot̄ incorruptionē, & tēpori subiectis eternitatē, & insolubilē transitoriis pma nētiā, q̄rūt̄ propria natura est ut orta occidant & aucta senescant, Sic em̄ in Timaeo Platōis logiq̄t̄ deus. Quæ a me facta, indissolubilia sunt, me uolente, alioqui ligatū qđē omne, dissolubile est, Ecce nō tñ peripateticis sed etiam Platone ipso & Platonicis testatū recipimus sola dei uoluntate pmanentiam concedi rebus quibuslibet pro captusuo, & hēc est uera salū, Nam saluari dicimus, a læsione seruari ut res tranquille pmaneant. Quod unaniimi consensu Græcorū q̄ndam magnifici & ornatissimi legati anno a nativitate IES V. M. CCCC. XXXVIII. uniuersali concilio Basiliensi illustri quadam & disertissima oratione exposuerunt his uerbis dicentes. τὸ δὲ τὸ θέμα καὶ τὸ ζεύς καὶ τὸ τηλεῖα αὐτοῦ οὐδὲποτὲ τὸ τηλεῖα βούλεται άλτη, ἀ τὸ θεμένην ψ. 23. i. Ipsum aut̄ saluare & saluari & ipsa salus simpliciter nihil aliud apud Græcos & in nostra uult lingua q̄ pmanere & esse. Homines igitur q̄ de sui natura morti sunt obnoxii ut cef sent esse, cum ita se dei conformant uoluntati, ut futuri sint immortales, & beato ævo fruantur, recte dicuntur salutem consequuti, & qui eis illā largitur immortalitatis beatitudinem, is recte dicitur saluator, quod uocabulum usu cepit Ciceronis posteritas antea inauditum ut nūc Saluator latine dici queat. Sane omnis alia improprie ac imaginarie nominatur salus, qđ enim: q̄ animanti bruto medicus hodie confert sanitatem, & illud peren die relabitur in peste, moriturq̄ nunquam redditurum, num ea uocabit̄ salus? Quid illud q̄ flori marcescēti hortulanus opitulatur, q̄ flos postri die casurus sit, & in puluerem conterendus num hēc tridua conseruatio rei prorsus inconstantis salus nominanda est? Sic Hercules Thassios semel adiuit, quo salutē illis dedisse dicitur, qui post sepe interierūt, & hodiē nihil eorum nisi nomen extat. Sic Ptolemæus ægyptum seruauit, tot

G ii

DE ARTE CABALISTICA

postea bellis & incursionibus hostium deuastatam. Sic Decii Romam liberauerunt, attamen sequenti subuersione atq; incendio dirutam. Imperfecta (crede mihi) salus est omnis quæ tempore frangitur, perfecta est q; caducum æternat, ut de Helena morte sublata in Euripidis Oreste Apollo docuit cum sic ait. οὐτεν δέ τέν αἰθέρος πύχεις στοσομερή τε, καὶ οὐθαυοῦ γέ περισσέ. ἐγώνιν δέσποτε. Id est. Ista est quam cernitis in ætheris conuexitatis. saluata quidem. & non mortua iuxta te. ego eam saluauui. Utq; non simus ignari salutem illam non ab Apolline, nec a diis aliis nisi tanquam mediatoribus prodiisse, quin uerius a summo deo cui propriam ipsa se in signi uirtute dicavit, tum ita subiungit, ζεῦς δέ οὐρανός, ζεῦν νύν ἀφθιτοῦ χρεῶν. Id est, Louis enim existentem, uiuere eam incorruptibilem decebat. Per Castorem Helenæ fratrem, Marrane uera prædicas, inquit Philolaus, & sapienter uideris de uera salute locutus, assentiorq; Saluatorem de quo tam magnifice ac tam perpetuo sacra uaticinatur eloquia, eum fore oportere, qui non tam huius grandis mundi, non regionum & urbium, non in simorum elementorum & syderum, non lignorum & lapidum, non plantarum & arborum, non piscium, non uolucrum, non pecorum, quæ oīa naturam ducem & suæ conditionis instinctum inerranter & probe sequuntur, & ad constitutum sibi finem manent quod sunt, q; istius minoris mundi seruator & restaurator sit, hoc est hominis, qui ab æquitatis sibi tradita norma & recte rationis sententia sæpe decidens generositatem suam coaceruatione uitiorum in stagna profunda malorum & sempiter næ corruptionis barathrum uoluntarie præcipitat, unde reuocare gradum propriis uiribus & sua ope nequeat. Hic Marrane hic inquam salute nobis hic saluatore opus est. Hoc genus creaturarū appellat Pythagoras

M αἰθρῶσις αὐθαίρετη πίματρί χοντρος. Id est. Homines spontanea electione detimenta habentes. De quibus ita scripsit in aureis carminibus. Πλάκουεν διάτοιχοι πέλας οὐταν οὐκέ στρωσιν, οὐτε κλεισθ, λύσιν δὲ κακοδηματίοις Καίστρη τοις μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας, οἱ δὲ κυλίνδροις ἀπλοτρίων ἀπλακα φέρονται ἀπίρογα πίματρί χοντρος. Id est. Miseri, hi quidem bona prope existentia non aspiciunt neque audiunt, solutionemq; malorum, pauci intelligunt, talis fons mortalium laedit mentes, hi autem rotis ex aliis in alia feruntur infinita damnatio hñtes. Sane noster ipse philosophorum princeps hoc nimirum a Cabalistis Hebraeis sumptum ut ē Simone accipere possumus, sensit rationalem esse hominem rebus aliis nobiliorem utputa diuiniorum, non tantum una operatione nec uniformi effectu contentum ut cætera quæ sola natura trahuntur semper eodem modo agente, sed uariis dotibus instar pandoræ præditum, quibus sponte utatur in omnem euuentum pro libera uoluntate, ob quam libertatem ait. θεορ γένος δέι βροτοίσιν οἵσις ιδρὰ προφέρονται φύσις λείκυνον ἔκαστα. Id est. Diuinum genus est hominibus quibus sacra

promouens natura ostendit singula, quippe illa sacra natura est anima intellectiva, secundum igitur intellectum deo accedit homo ut mero syn-
cerum, atq; secundum sensus inferiores a deo recedit tanquam impurum
a puro, quo sit ut ratio quæ nobis, ut inquit ipse, ostendit singula, dum
se ad mentis fruitionem conuertit beatos nos faciat. contra uero dum ad
sensuum discurrat libidinem, miseros, ut inter uitutem & uitium medius
homo positus uideatur, uelut substitutus apex in litera Pythagoræ discri-
mine secta bicorni, ad quem Hercules ille Prodigius tenera tum ætate
cogitabundus resedit. Quemadmodum uero ut Solon apud Herodo-
tum Croeso affirmauit, ante obitum nemo supremæ funera debet di-
ci beatus, ita nemo certe miser putandus est dum hanc uitam uiuit. Sed scilicet ultima semp expectanda dies homini est, q; si abiepto corpe tūc uitiis
permanserit oneratus, incipiat esse uere miser, & eam miseriam ut supio-
re oratione accepisti Pythagoras in duo genera diuidebat. Nā post mor-
tem miseri, aut bona prope habet quæ sunt beatitudinis dona, q; quis ea nec
aspiciant nec audiant, quia dei uisione nondum fruantur, hi de saluandoꝝ
numero sunt, non extrema miseria grauati, ut tandem aliquæ penas eu-
dant constitutas, aut deniq; ab eis bona longissime distant, ut mala numeri
ullum habitura sint finē, & ii appellant infinita damna habentes. Duo igit
inferorum habitacula hic describunt, Elysius campus, i. transitorius, illorū
qbus bona prope sunt, supera ut conuexa retusant. Et tartarus ab horribi-
lsono tartar quasi tortor teter terror uocatus, illorū qbus sua damna sunt
infinita, qui kylindris radiisq; rotarum districti p̄edent, ubi sedet æther-
nūc sedebit infelix Theseus, & ei similes. οὐατε ἐκβάνεσθι ut est a Pla-
tonе Pythagoram imitatem scriptum. i. Vnde nunq; egrediunt. Hi mihi ac-
cedant obiurgatores q; blasterare in eundē Pythagorā non desinūt tantū
& tam p̄cipuum uirum, cuius dictamini ceu oraculo deorum creditū est.
Quare dictator ueritatis uelut alter Apollo illi seculo noīabatur, qd iſm
uocabulum Pythagoras designat. Rumorem aut de illo passim diuulgat,
hanc eius fuisse opinionem q; aīa humana q̄rūdam post mortem cōrp̄a
brutorum informet, qd uiris rōne utētibus incredibile uideri debet, de tā
excellentī philosophī autore & abundantissimo scientiarum fonte unde
ad nos emanauit diuinarum & humanarū rerum cognitio. Quin poti⁹ ea
suspicio trāsanimationis ex hoībus Pythagoricorum mysteriorū partim
ignaris partim ob inuidiā perosis orta est. Nō em caruit æmularū liuore
p̄stantissima eius uirtus, innocētissima uita, egregia doctrina, celebris
fama, utq; fit, nihil non pollutum reliquerūt inuidi carptores, Timon, Xe-
nophanes, Cratinus, Aristophon, Hermippus, & alii qrum nō exigua mul-
titudo est, q de Pythagora suis in libris mendacia plurima scripserunt, ac
ea prodiderunt q nūc ab illo uel dicta uel scripta fuere, aut eiusmodi

G iii

DE ARTE CABALISTICA

Si qua dixisset, tñ ita in peiorum ea sensum peruerterunt ut facile crederet talis ac tantus vir in considerate docendo aberrasse, de rerū principiis, de numeris, de faba nō gustāda, de abstinentia ab aīatorū esu, de inferis, deq; metēpsychosi & transitu aīarum, de q̄ nū tractamus. Qui em̄ exemplaria & species rerum ita distinxit, ut mutuo transmutari confundi ue neq; ant, q̄ nam modo humanā essentiam q̄ sua est forma comunicaret bruto; cū & autore se ipso ne unitas qdem substantia certi numeri secundum natu ram est unitas alterius numeri. Quare ait *αὐτὸν μονάρχην τὴν θνάτου τὸν πόλεμον τὰς ἐν τῇ φύσει αὐτῷ συνέμεληντι.* Vnitates in diuitate ipsa, ad eas q̄ sunt in ternitate ipsa, sunt inconiectiles. Ita in physicis constat quanq̄ longe secus agitur in Mathematicis, de qbus nihil in p̄sentia nobis est negotii. Vnum autem cuiuscq; rei est essentia participata, q̄ alterius rei essentiam non occupabit, *ἐκάστη μονὴ οὐσίᾳ ἐνδέξειθε μαρτύριον.* quilibet em̄ substātia una specie participat. Ideo in disparis animantib; uitā transire nō p̄t, uel illa qualis cūq; bestia, quin potius manet in suæ lege nature suum tenēs munus *καὶ τὸ εἰδότειλα* *τὸ γενέρχεται.* Itaq; species speciei non coincedit. Tametsi nanq; unū sigillū multis impressum plures ceras effigiat, nō tñ plurium sigillorum formas diuersas eadem cera ferre poterit. Haud igitur sigillum formæ humanæ q̄ est imago dei, naturam inferiorem sigillare p̄mittitur, qd ut oīa sua Pythagoras enigmatisce proposuit, sic & huius opinionis certam sententiam nota propria designauit, cū iter alia symbola istud sibi gratissimū celebraret *τὸν στεκτολίθον θεοῦ ἐκόνα μὲν τούφεργον.* In sigillo, dei imaginem non circūferre, qd meo arbitratu recte intelligi ad hūc ferme modum. Imaginē dei q̄ est anima hoīs naturas alias circum circa non sigillare neq; formare posse. Sic em̄ Hermes Trismegistus ægyptiorū doctor in libro ad Asclepiū. Hoīs inquit una pars simplex est quā uocamus diuinæ similitudinis formam, & paulo inferius ita, duæ sunt imagines dei, mundus scilicet & homo. Qz ini que igit̄ explanauerint eum uel inuidi uel ignari, de transitu aīarum post mortem, simul etiam de illarum descensu ante hoīs ḡnitionem, profecto nullus modo extat q̄ non id mecum sentiat uel illa mente p̄ditus. Qñ nanq; multi aīam hoīs de potentia materiae putabant educi, statuit noster ipse magis credendum esse, infundi eam corpori ab ipso deo, & ob id eam asse ruit ante corpus esse, qd non tpe intelligendum est, sed puritate & nature dignitate. Hanc itaq; infusionem appellauit aīae descensum, quem postea multis ambagibus uarie sectatores tractauerunt sua quisq; uia, non semp pro autoris uoluntate, q̄ descēsum aīae humanæ in corpus non secundum situm accipi p̄cepit, nec iuxta motum a mundo intellectuali per singulas sphæras ad mundū elementarem ut Proclus & astipulatores alii, sed pro naturaliū formarum serie in qua corporis humani ultima p̄fctio est aīa rati onalis, q̄ ita totum perficit ut homo aīal diuinum optimo iure appelletur.

Volut

LIBER SECUNDVS

XXXIV.

Voluit igitur Pythagoras animātia sola q̄rum sacra natura id est ratio de
 monstrat singula, diuinum esse genus, scilicet a deo propagatum ut aureis
 edidit carminibus, cuius species nec mutet nec conuertat, sic generum sin-
 gulorum formas esse pmanentes, licet in eadem sua forma dissimiles. Post
 hoīs uero mortem si iustus deceperit aiām eius transcedere purum æthe-
 ra, & æuium degere cum beatis, tanquam deum cum diis. Ita enim ait,
 οὐδέχομεν τύπου στοκας καθ' ὑπόθεν αἰσινα, καὶ λάβωμεν τας σώματα, εἰς αὐθέρελειθρον τὸν
 θησαυρόν τοντος θεος ἀμβροσος οὐκέπεπνυτο. i. Aurigam iudicium statuens
 supne optimum, cum relinquentis corpus in ætherem liberum uenies, eris
 imortalis deus, incorruptibilis, nec ultra mortalis. Sin autem iniustus & scele-
 rosus in peccatis insanabilibus & mortalibus deceperit hō, tunc aiameius
 oēm suū reatu uariis diluere poenis docuit, easq̄ poenas pro magnitudine
 ac multitudine criminū magis atq̄ minus fore duras & durabiles, qb⁹ de-
 legata sint loca hæc naturę inferiora, & corpora tū imaginaria seu figuralia;
 tū qñc̄ uera, non q̄ informet ut essentialis portio, sed q̄ inquilini more,
 poenarum sustinendarū causa inhabitet, aut qbus per indistinctam localē
 afflstat, uelut motrix intrinseca mobili, uel circa quæ cruciatibus subiecta
 torqueat, ut Tityus circa uultures, & Ixion ad serpentum rotas, & Tan-
 tal⁹ in flumine, & Sisyphus apud saxū, & Prometheus cum aglis. Qñqdē
 dæmon tartareus potest corripe ac obsidere corpus, cur nō aiā turpis ad
 inferorum poenas damnata, uel uerum cuiuscunq̄ speciei corpus ingrede-
 retur dei dispensatione, uel aerem induita, ostentaret quamlibet aspectib⁹
 nostris formam, ut Dido moritura æneam alloqtur. Sequar atris ignibus
 ardens. Et Plinius iunior rem scribit creditam, de domo quā Athenodor⁹ nota
 Tarsensis philosophus coemerat, eam fuisse importuno strepitu infamē,
 q̄ ibi simulacrum horridi senis aspiciebat, & q̄tidie nostra q̄c̄ etate similia
 occurruunt terriculamenta, modo tenuioribus, modo crassioribus exiuiis
 Tum uarie illudunt species atq̄ ora ferarum, sicut em̄ subito sus horridus
 atrac̄ tigris, squamosusq̄ draco & fulua ceruice legna, aut acrem flamme
 sonitum dabit, oīa transformat se in miracula rerum, ignēq̄ horribileq̄
 feram, fluuiūq̄ liuentem. Hæc sane corpora uocamus phantastica, hoc est,
 apparitiua, q̄ assumere possint tam animæ homin solute q̄daemones, ut de
 Lamia nouimus Menippi Licii philosophi procace proca in pulchrā mu- nota
 lierem apud Corinthum cōuersa, quā Apollonius Tyaneus publice de-
 prehendit lemurem esse, ut deniq̄ senex ille pannosus & mendicus Ephe-
 siis qndam causa pestilitatis, hoc genere metamorphoseos notatur, quem
 lapidibus obrutū aiūt uisum esse canem quasi Molossum. De utrisq̄ scri-
 psit Philostratus secundus, in libro de uita Apollonii quarto. Eius aut qd
 Pythagoras dixisse ferit, se qndam Euphorbum fuisse alia ratio est, nō em̄
 talem dicendi morem ipse primus instituit, sed longe prius in populari cō-
G. iiiii.

DE ARTE CABALISTICA

suetudine apud uetusissimos usurpatum fuit, q̄ qua esset quisq; uirtute
 aut uitio præditus, alteri assimilat et, q̄ eminenter eadem conditione olim
 fuisset, uirum em̄ quē libuisse robore p̄stātissimū dixerunt esse Hercule. Ita M. Varro, Rusticellus, inq̄t Hercules appellat⁹ mulū suum tollebat. Et
 Numenius Pythagoricus apte scribit nihil aliud esse Platonē q̄ Moysen
 attica lingua loquentē. Sæpe q̄q; Cicero dictus est latinus Demosthenes
 esse, oēs a uirtutum & opum paritate ac similitudine morum, non aut ob
 unius substantiæ communionē, ita Litanus Plauti seruus Argyrippū dixit
 esse Solonē q̄ pariter leges conscribat, de illo in Asinaria sic ait. Nūc etem
 est negotiosus interdius, uidelicet Solon est, leges ut cōscribat. Ista Plauti
 uerba inolitam priscorū loquendi consuetudinē indicat, ut hunc hoīem,
 dixerint illum esse quendam, qui fuerit natura, ingenio, moribus, amore,
 affectione, & opere similior. Vnde Romani solebant huic adagio particu
 lam, alter, adiungere, ut tu es alter ego, & ego sum alter tu, licet scientes
 & uidentes q̄ reuera nec ego sū tu, nec tu es ego. Sed in utrisq; nobis sen
 tiētes esse idē ingeniū, par studiū, eandem uolūtatem, eundē conatum, spi
 ritum, animum οὐ τὸς οὐσίας αὐτῶν μετεπάνομενος. Nam aīos antiq̄ dixerunt
 motus hoīm & uolūtates, quare unius moris curae ac diligentiae, cōsimili
 lis propositi, æqualis motiu ac paris motus & sensus eiusdem hoīes uita
 te appellat̄ unanimes. Est aut̄ a prīcis philosophis haud quaq; alienum ut
 dicat aīa esse motiuū & sētiūū in hoīc τὸ ἐμπορχον ἦν οὐδὲ τὸ χρόνον inq̄t Aristot.
 δνοῖν μάλιστα σταφέρεν δοκει, κινήσει πε καὶ τῷ αὐθάνεθαι. i. Animatum em̄ ab ina
 nimato duobus maxime differre uidetur, motu & sensu. Quicunq; igitur
 erga rem eandem afficiunt & mouent, idemq; sape ac sentire uident, uni
 esse ψυχῆς. i. animæ uulgo dicunt. Vnde illa famosa μετεπάνομος. i. transani
 matio nihil aliud reuera est uiris recte doctis q̄ æqualis cura similis mo
 tus & par studium alicuius hoīs mortui, post aliq; tpe, in altero uel eodem
 reptum hoīe uiuo. Tali æmulatione triti & uisitati sermonis, Pythagoras
 q̄ndam rediens a Persarum Magis (ita em̄ sapiētes illis uos noīant) forte
 inter amicos exhilarādi conuiui gratia more Magorum uti poterat, & di
 cere se Euphorbi oīm militis Troiani, Caliclis, Hermotimi, Pyrrhi, Py
 randri, Calidonæ, Alces, & demum suā Pythagoræ aīam in se ipso conti
 nere, q̄ inclinatam ad quādam p̄clarā in singulis illorum p̄cipue sita ge
 reret affectionem, studium & uolūtatem, ad q̄ illi ipsi propensiūs in uita eo
 rum fuerunt moti. Oīm aut̄ maxime cū in Euphorbo Troiano claruisset
 bellica uirtus, ipse Euphorbi aīam naētus esset quasi iam cor Euphorbi ha
 beret. De q̄ nimirū se iactare potuit, cum laudarent eum pugiles studii
 bellici, cernentes laterum & brachiorum totiusq; corporis sui robur & in
 credibilem erga fortissimos Athletas amorē pensantes, quem illis tum
 & p̄cioso apparatu & magnifico sumptu ostēdebat, ante em̄ caricis siccis
 & molli

& molli casco triticoq; nutriebant athletæ, ipse uero noster eos carnibus tunc primus nutriisse comptus est. Admirantibus igitur illis q; in philoso pho literarum studio s o esse posset tantus amor pugnæ, qd mirum si responderit Euphorbi aīam in se uigere, hoc est, ingenium, studium, motū, & uolūtatem Euphorbi apud se residere, q tametsi esset pacis p̄ceptor & quietæ contemplationis autor, tñ in se ipso sentiret belli tanq; Troiani de syderium. Quo audito, mox rumor inter temere credulos ortus erat & fa ma percrebruit, uel ignorantia mysteriorum Pythagoricorū, uel maligni tate inuidorum q semper optima quæq; pertinent & recitant audita secus multo q; sint dicta, q; Euphorbi aīa in bello Troiano perempti trāsmigra uerit in Pythagorā. Quæ opinio postea fuit adiuta scriptoribus atq; poe tis. Inde Ouidius in Transfigurationis lib. xv. hæc inter alias nugas a græ cis Cretiz in asuetis more suo mutuatus sic de Pythagora cecinit. Morte
not. A
 carent anime sempq; priore relicta sede, nouis domibus uiuunt habitatq; receptæ. Ipse ego (nam memini) Troiani tpe belli Panthoides Euphor bus eram, cui pectorē qndam hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atri dæ. Cognoui clypeum lœu gestamina nostræ nup Abanteis templo lu nonis in Argis. At noli obstupescere p̄stans Marrane, nihil horum in Pythagoræ libris scriptum inuenies. Nam tria ipse solum edidit uolumina, una cibulis p̄bus
secundum ταλπά, tertium φυσκόν. quem Lysidi qdam ascribunt, sit igitur tertium nobis aurea carmina. Percurre singula quæq; & nusq; reperies in eo uiro de transanimatione quicq; q; credas facilius ru more falso seminatum esse p inuidos quicqd de illa μετεμφυχώσει fingitur, qd diuersitas narratiōis plane indicat, cū alii clypeum hunc esse in tēplum lunonis relatum apud Argos. Alii dicatum Palladi Athenis affirment, & q; eius clypei hæc ipsa fuerat inscriptio. πέλλας ἀσηνά, μηνέλεως ἀπό θεοφόρου. i. Palladi Mineruae Menelaus ab Euphorbo, autor est Tyrius Maximus disputatione xvi. Quantam nūc eiusmodi testimonio habere fidē opor teat Iurisconsulti uiderint. Eqdem adduci non possum ut credam Ouidii de transitu aīarum fabulam, tam excellentem in omniscientia & graueui rum docuisse, atq; eo minus credendum putauerim quo magis p̄stantes autores aliter tradidere. Nam q; asserunt multi, apud græcos Pythagorā inuenisse primum aīas esse immortales, manifeste fallum dicunt. Homer⁹ em græcorum ferè antiquissimus lōge prior hoc dogma prodidit, cui apud inferos aīæ defunctorum de multis rebus differunt, & uaticinant multa, ecqd aliud (oro te) uiri eius tā admirabile carmē insinuat Λίθις τονεκύας q animas nostras post mortem p̄manere. Deinde in sociis Vlyssis palam ostendit, imprudentes hoīm aīas a corpore separatas, non quidem bestia rum naturas, sed tñ habitus brutorum induere, atq; cū tali horrore p̄ce nas luere, quas Circe iussit. Quicq; aut radicē & florem tenent Moly

DE ARTE CABALISTICA

eorum animas, autore Mercurio, fore securas, ut est in Odyssæ decimo libro. Sed ad illâ de Euphorbo ironiam reuertamus, de q̄ idonei q̄tiēs scribunt oīa Pythagoræ diuina dogmata fatentur *αντίτεσμα* hoc est allegoria obscuriore tradi. Quod Apollonius Tyanësis ille Pythagoreus tractatu cum Thespisone archiphilosopho gymnosophistarum habito in Philostrati uolumine sexto confirmat ita loquens. *Ελληνικά πόνον & πόμα, στρέψα την θερόπου ξυγχωρεῖ ταῦτα, πέλοσκε δέ καὶ τὸ αντίτειν.* i. Si ænigmata tango, sapiëtia Pythagoræ cōcedit hęc, tradidit eīm & ænigmatizare. Qn̄ aut̄ cū Indo rū Brachmanibus in libro eiusdem tertio disputabat, quęrens de aīa quō sentirent larchas, inquit, sicut Pythagoras qđem uobis, nos aut̄ ægyptiis tradidimus. Suscepit Apollonius. Num igit̄ te aliquem Troianorū fuisse dices, ut se Pythagoras Euphorbum. Audi iam Marrane q̄ Thespisone cate responderit prius interrogās, quemnam ex græcorū ducto Troiam exercitu, admiratiōe digniorem existimaret. Cui Apollonius, q̄ Achilles primas Homero nactus esset. Tum larchas. *πος τῶν ἔφη ἀπάλλωνε καὶ τὸν πρόγονον θώρη τὸν ἐμὸν μᾶκαν λέ, τὸ πρόγονον σῶμα. πυτὶ δὲ νο ποδαρόσ, εὐφορβον ἕχεται.* i. Ad istum, inquit, Apolloni etiam progenitorē estimata meū, magis aut̄ progignens corpus, hoc eīm & Pythagoras Euphorbum putauit. De inde recitat Gangen Indorum olim regem Gangis fluuii filiū multis virtutibus Achillem supasse, illumq; ipsum fuisse illud progignens corpus, qđ ipse iam esset. Verba hęc non aīarum transmigrationem, sed corporum transmutationē indicant, instar cuiuslibet materiæ q̄ sit apta istius uel illi⁹ formam recipere. Perinde atq; comœdia diceret ego prius tragœdia fui, q̄a ex eisdem tragœdia nascit & comœdia literis ac elementis, ut Aristoteles ait in libro de ḡnatione primo. Aut canis quidam si diceret, ego ante diū equus fui, propter cuiusdā equi corpus qđ depastus est canis, q̄ alimento in substantiam rei alitę conuerso, equus ille plebeio sermone dicatur ipsius canis πρόγονον σῶμα. i. progignens corpus fuisse, uidelicet unde prognatus sit. Non aut̄ equi aīam in canem transiisse, quispiam ex hoc sermone arbitratur. Qua igit̄ re Pythagoram docuisse crederem aīas trāsire in alia corpora, eo solum, q̄ se Euphorbum prius fuisse dixerit, cum hic manifeste constet atq; cōueniat non qđem aīam, sed ipsum corpus iudicatum fuisse Euphorbum, & nihilominus hoc ipsius dictum non fuisse planū, sed merū enigma, q̄ arcanum qđdam illi seculo incognitum uoluerit innuere, scilicet materiam primam oīm formarum non solum capacē, sed auaram etiā esse ac semper defyderio motam nulla forma satiari. Quod M. Antonino Imperatori philosophissimo eque uisū fuit, cū in libro ad se ipm tertio scripsit. *Ἐπὶ οὐδὲν οὔτες φύλακες ἢ τῶν οὐλῶν Φύσις, ὡσ τὸ Τὰ πόντα μεταβολὴν καὶ ποιεῖν νέα οὐσία. ανέρμα δέ τόποι πνὰ πᾶν τὸ ἐν τῷ οὐτοῦ έστιν.* i. q̄ nihil ita cupit uniuersi natura ut entia transmutare & facere noua similia. Semen enim modo

LIBER SECUNDVS XXXVI.

modo quodam omne, ipsum est ens ex se futuri. Et idem in libro septimo.
 ἐπει τὸν δὲ φύσην, ἐκ τῆς δὲ οὐσίας ὡς κυροῦ νῦν μὲν ἡ πάντας, συγχέατε τὴν εἰς σύνθετο τῷ υἱῷ αὐτῷ. ἐπει τὸν αὐθεντικόν πάντων ἔπει τὸν ἀλλότον. Ι.
 Vniuersi natura ex uniuersa essentia tanq̄ ceræ, nunc qđem equuleum finit. Confundens aut̄ id in arboris naturam, simul usq; est materia eius. Deinde in homunculū tum in aliud quippiam. Vnde noiatur ab Orpheo natura istis epithetis πολυμήχενος μάτηρ. i. multū machinatrix mater. Et αλογίο μορφοδίαιτος. i. alienarum figurarū decretrix. Quicquid fuerit, eqđem longe poti⁹ opinabor Pythagorā si Euphorbū, aut aliū quēpiā se fuisse dixerit, exēpli causa id ænigma introduxisse. Sin aut̄ credat historiā texuisse, profecto non aliam ob rem fecisse putandus est qđ ut ostenderet posse aīam separata m̄a corpore rursus eandē ipsam, autore deo, in idem ipsum corp⁹ redire qđ penitus iam reliquit & deseruit, atq; nō in aliud ullum, unū nāq; & idem fuisse corpus qđtumcunq; diuersis noībus appellatum, in q̄ totiēs reuixerit Pythagoras ab Iarcha Indorū sapientissimo iam pridem discere potuimus, non in magnitudine & quantitate, sed in substantia & entitate, ut mare quanq; est homogenes atq; unum, tñ hoc esse dīcim⁹ aēgeum, il lud Ionium, istud Myrtōum, aliud Crisæum. Ita & unū hoīem s̄epius renatum primo noiārunt æthaliden, deinde Euphorbū, post Hermotimum, tum Pyrrhum, demū Pythagoram illum nostrum q̄ tot regenerationes tanq̄ philosophus maxime speculatiuus & diuinus non attribuit naturę uiribus, sed soli deo, quem, ut refert Heraclides Ponticus in hac Palingenesia, Mercuriū nuncupauit, ut ostenderet neminē reuiuiscere nisi uirtute diuina. Nam ut Iustinus recitat ille philosophus & martyr christianus in parænetico ad græcos, hoc deus cognomēto a Pythagora est honoratus p̄cipue, ut dicatur Ἀνάγνωστὸν δὲ φύσην. i. Animatio uniuersorum, eo q̄ animā infundathoībus uniuersis & insulam auferat & ablatam restituat q̄tiēs & qn̄ uoluerit, quale s̄epius etiam in aliis hoībus uisum & expientia certa cōpertum est, referentibus nobilissimis scriptoribus. Nam Aristea qndam Proconessi mortuus fuit in officina cuiusdam fullonis. Deinde septimo post anno, eius urbis ciuibus idem uiuus apparuit, & ipe tunc carmina de hyperboreis Arimaspis composuit, cuius in quarto historiarū Herodot⁹ egregie meminit. Cæterū uixit & in Armenia Er, genere Pamphyl⁹, q̄ cū occubuisset in p̄lio, sublatis aliis decimo die cadauerib⁹ iam corruptis, in teger qđem incorrupto corpore repertus fuit, domumq; delat⁹ pro officio sepulturæ, ubi duodecimo a morte die dum pyrē esset impositus, resur rexit, & quæ interim uiderat, retulit. Hæc Plato scripsit de Repub. uolumi ne decimo. Huc etiā illud occurrit, q̄ legitimus puellā Romæ mortuā, cum sepulchro afferret a Tyanensi Apollonio uitæ restitutam, in quarto Philostrati libro, & Alcestis qđq; narrat ab Hercule resuscitata rursum diu uixisse. Tum Marran⁹ inquit. Qđ prope accedit ad nostra Philolae, nam si

nota

IVXXX DE ARTE CABALISTICA

coram astaret Simon recenseret nobis de libris hebraicis q̄ deus olim ab
 stulit de spiritu qui erat in Moysē & dedit septuaginta uiris. Post aliqua
 denuo tempora sublato ex hominibus Elia spiritus eiusdem inclinavit sup
 Elienum, & item filium Sunamitidis ipse mortuū reuiscere fecit. Addo
 nunc Samuelē mortuū quem suscitauit quædam mulier in Endor, q̄ post
 resurrectionē suam cum Saule rege locutus est. Audi uero qd Ezechiel
 uiderit ille propheta, campum, s. plenum aridis ossibus mortuorū, & acceſ
